3 ¶ Tercio ꝓuat suffragio ecclesie. qõ suffragium ꝑm Theo. in. iij. di. xij. valet ad ℣ttuor. vicz ad augmentũ gre quã habẽt. ad merẽdã gram quã nõ habẽt. Ad ꝓtectionẽ rei habendã. ꝛ ad defensionẽ ab hostib⁹ ꝓ merendaz. Et ꝓterea dicit tradi sathane. in. c. audi. xj. q. iij. vñ sacerdos excõicatus non põt dicere dñs vobiscũ in officio. ar. c. nihil. xj. q. iij.

4 ¶ Quarto non potest interesse diuinis officijs aut cũ alijs orare in ecclesia. alꝫ peccat mortaliter. nec debet extra ita ꝓstare ꝙ audiat. de pe. ꝛ re. c. qõ in te. posset tñ solus in ecclesia orare.

5 ¶ Quinto excludit a regno celorꝫ. xxiij. q. j. qõcunqz ij. q. iij. nemo.

6 ¶ Sexto si ingerit se diuinis exñs in aliquo ordine irregularis efficit. vt. j. irregularitas. j. ℣. xl.

7 ¶ Septimo efficit infamis. vj. q. j. infames Bal. tñ hoc refert ad excõicationẽ notoriã.

¶ Octauo nullum beneficium ecclesiasticum potest acquirere. c. postulasti. de cle. excõ. mini. ꝛ in. c. bone. in fi. de eta. ꝛ quali. 8

¶ Nono nõ põt eligere. de appel. constitutis. 9

¶ Decimo si sic excõicatus recipit bñficium: licet absoluaꝫ postea ꝛ ei concedaꝫ. tñ fructus anteriores restituere teneꝫ. c. sacro. e. ti. ꝛ. c. pastoraꝫ. in. fi. de appel. 10

¶ Undecimo ab officio et beneficio est suspensus. d. c. pastoralis. in fi. 11

¶ Duodecimo obligati ei ex debito fidelitatis: sicut sunt vasalli. non teneꝫ ei ꝙdiu durat excommunicatio. ꝑm Pa. in. d. c. veritatis. 12

¶ Terciodecimo non potest contrahere matrimonium sine pcto mortali. licet teneat. 13

¶ Quartodecimo nõ valent lre impetrate a papa ꝓ eũ sup alio articulo. c. ipo iure. de rescrip. li. vj. 14

¶ Quintodecimo nullus põt ꝓ eo orare. intellige sollenniter. 15

¶ Sextodecimo non põt constitui ꝓcurator de ꝓba. post cessionẽ. nec ꝓcuratorẽ ꝓstituere. c. fi. de ꝓcu. qõ limita verũ vt actor. Secus vt reus ad defendendus se. c. intellexímus. de iudi. 16

¶ Decimoseptimo ꝙ stãs excõicatus ꝑ annum: põt priuari oibus bñficijs si ꝙ bz. xj. q. iij. rursus. ꝛ. c. quicunqz. qõ limitat glo. in. c. cũ cõtumacia. de bere. li. vj. ꝛ Inno. in. d. c. cũ bone. ꝛ do. An. in. c. j. de iudi. verũ. si excõicatus fuit ꝓ cã criminali. secus si ꝓ ciuili. qz si stetisset ꝑ mille annos nõ posset ꝓuari. glo. est singularis in. c. ꝓtingit. de do. ꝛ ꝓtu. 17

¶ Decimooctauo ꝙ debet soluere ꝓ singulo die vnũ grossum anteqz absoluaꝫ ꝑm statutũ aliquorꝫ eporũ. qõ quidem lz videaꝫ simoniacũ. p. c. ad nostram. ꝛ. c. nemo. de simo. tamẽ Ho. ꝛ Jo. an. in. c. ad aures. de simo. determinãt contrarium. ꝛ ꝙ licitum est. quod intelligo verum si sit in penam. ꝛ vt citius querat absolutionem. 18

¶ Decimonono non valent contractus facti ꝑ excõicatum rõne publici officij si erat publice excõicatus. vñ actus publici ꝛ ciuiles nõ tenẽt puta qz tutor existens interponit auctem alienãdi. seu suscepit ꝓcuratoris officium vel administrationem bonorꝫ ecclesie. aut instrumẽta ꝓficit. siue vt arbiter laudũ ꝓtulit. qz tales sunt actus publici. Si vo cõpromissuz fuit in eũ vt in arbitratorẽ: ita ꝙ arbitramentũ accipiat effectũ ex consensu partiũ: vt est qñ reducit partes ad cõcordiam: bene tenet. non ex vi sue sententie sed cõsensus partiũ. Gesta aũt per occulte excõmunicatum ratione publici officij bene tenent si modo officium est publicum aucte ꝛ vtilitate. secus si fuisset publicũ auctoritate: sed vtilitate priuatũ. ꝑm Pa. in. c. post cessionẽ de ꝓba. quia si erat excõmunicatus tpe assumptionis officij non valent generaliter. vt puta quia fuit cõstitutus ꝓcurator qui erat excõmunicatus. secus si post constitutionẽ fuit excõmunicatus. quia tenet. ni si excipiatur ꝑm Pa. in. d. c. post cessionem. quo tamẽ ad actus spũales si sunt tales in quibus imprimitur character: sic tenent vt collatio ordinum ꝛ hmõi. licz indigeat dispẽsatione taliter ordinatus. vt. j. Irregularitas. j. ℣. xxx. Alij autem actus spũales in quibus non imprimitur character. vt collatio beneficij ꝛ huiusmodi tenent quando non est publice excõmunicatus ratione publici officij. l. barbarius. ff. de offi. ꝓto. sunt tamen retractandi si is in cuius fauorem sunt facti sciebat cuz excõmunicatum. sed dubitatur de excõ 19

municatiõne ab teneat' ratione publici officij lata ab excõicato occulto. Pa. in. d. c. veritatis. de vo. z ptu. tenet post factuz ad penã irregularitatis euitandã q̃ nõ valeat. z placet. Electio etiã licet videat q̃ ad capitulũ ptinere ad officiũ publicũ. tñ q̃ ad singulares nõ est officiũ publicũ sed est quedã fraternitas. z ideo nõ tenet facta ab excõicato etiam occulto. Alij aũt ptractus sup tpalibus initi non rõne publici officij sed priuati. vt emptio. venditio ꝛc. cõiter tenet q̃ tenent. vt no. Pa. in. c. sivere. eo. ti. z in. d. c. veritatis. q̃uis multi doc. teneant fore nullos cõtractus.

20 ¶ Vicesimo nõ põt testiñ facere ẽm aliquos. cõmunius tñ tenet q̃ potest testari. vt no. Albe. in. l. j. C. de bere. instit. z Car. in. c. q̃ q̃. de vsur. li. vj. z Pa. in. c. ad pbandũ. de re iudi. q2 equiparat relegato.

21 ¶ Ultimo priuat ecclesiastica sepultura. quia cui nõ cõicamus vivo: nec mortuo cõicare debemus. c. sacrj. de sepul. qđ limita nisi absoluatur. vide multa alia si placet in. d. c. ad pbandũ. z in. c. veritatis. z in. c. si vere. notata a doctoribus.

Excusatur quis a petõ ex decẽ. Primo ex alienatione mẽtis illicitũ agẽs quã alienationẽ adducit q̃nq̃ facti q̃litas. sicut Loth q̃ voluit filias pstituere vt liberaret q̃s susceperat. vt dicit Aug. in. c. qđ ait. xxiij. di. aliq̃n furor siue insania. aliquando ebrietas. Vñ q̃ ex toto quis est extra seipm excusat a toto. vt patz in. c. aliquos scimus. et c. illa cauenda. xv. q. j. z. c. inebriauerũt. ibidẽ pz q̃ est puniẽdus p ebrietate: sed non p cõmisso in ipa. z sic v deꝛtenere glo. ibidẽ de quo vide. §. Ebrietas. §. ij. Scdo ex coactione. Intellige absoluta. facit. c. nõ est pv. q. j. z. l. di. c. pbros. Tercio ex ignorantia siue erroꝛe. Intellige vt dicã. j. Ignorantia. §. iij. facit pro ẽ pv. q. vj. si a sacerdotibus. xxiij. q. ij. in lectũ. Quarto excusat consuetudo de quo. §. Consuetudo. §. ix. Quinto necessitas. de conse. di. v. discipulos. Sexto pietas. vt ptz in. c. cõquestus. de feriis. Septimo iocatio z ludus. vt in. c. j. de sen. ex. z. xv. q. j. illud relatum dũmodo non sit noxius. ar. ff. ad. l. aquil. nam ludus noxius in culpa est. Octauo q̃ fecit diligẽtiam debitam. vt in. c. Jobãnes z in. c. quidã vt asseris. de bonici. Mono indeliberatio mentis. xxiij. q. iij. Mabuchodonosoꝛ. Decimo ex obediẽtia superioris. xxiij. q. v. c. dixit dñs. xj. q. iij. quid ergo. xxiij. q. j. quid culpat Intellige si nõ sunt ptra legẽ superioris. vt. xj. q. iij. si dominus. z. c. se.

1 ¶ Utrũ clericus cui eps pcipit vt vadat romã possit se excusare: quia alij sunt meliores z magis aptꝰ Rn. glo. in. d. c. quid ẽ. z. xxiij. q. j. c. fi. q̃ nõ. quia in legationibus oꝛdo non est seruandus. ff. de lega. l. sciendum. §. pe. Item quia Jo. vlti. rñdit dñs Petro. quid ad te: tu me sequere.

Executor pñe dicit q̃ rem iudicatam vult ad effectũ. vt dicit glo. in. c. super questionũ. de offi. dele. de quo habet. ij. q. vj. c. ei q̃ appellat ẋ. ab executoꝛe. z in. c. nouit. de appel. z multis alijs locis. qui aliquãdo dicit merus executoꝛ q̃ causa est cognita a superioꝛe. z mera executio sibi mãdatur. vñ ab isto appellari non põt tam de iure canonico q̃ ciuili. vt de re iudi. c. qđ ad pfultationẽ. z. d. ẋ. ab executoꝛe. z. C. quoꝛ ap. non re. l. ab executoꝛe. nisi executoꝛ sñie modum excedat. vt dicit textꝰ in. d. l. Aut nisi male interpꝛetet sñiam z hmõi. de q̃bus per glo. d. c. qđ ad consultationẽ. Aliq̃n ẋo dicit mixtus. q̃ est q̃ aliquid a superioꝛe mandat exequendũ simpliciter. vñ talis debet admittere rõnabiles exceptiones. c. ex parte. el. ij. de of. dele. z. c. eam te decet. de ex. et qua. z in. c. a deo. de rescrip. Et hoc verũ nisi cõstet q̃ superioꝛ ex certa scientia sic velit. vt no. glo. in. d. c. ex parte. Et ab isto executoꝛe mixto potest appellari si aggrauat vel iniuriatur. vt. C. de appel. l. si quis pvocatione.

¶ Quis põt esse executoꝛ in causis ecclesiasticis? Rn. merus executoꝛ põt esse quilibet clericus. Mixtꝰ ẋo non nisi in dignitate constitutus. vel canonicus ecclesie cathedralis: si cõmissio fit ei auctoꝛitate lr̃arũ apostolicarum vel legatarum. aut delegatoꝝ apostolicoꝝ rum. Secus si ab alijs. quia tunc q̃libet clericus põt esse vt ptz p nõ. in. c. statutũ. de rescrip. li. vj. 1

¶ Executoꝛes testamentoꝝ siue fidei cõmissarij qui possunt dari? Rn. q̃ siue testatoꝛ sit clericus siue laicꝰ: põt deputare executoꝛes tã laicos q̃ clericos secularꝝ z etiam religiosos quoscunq̃. dummõ religiosi a suis superioꝛib? obtineãt licẽtiam exequẽdi. exceptis fratribus minoꝛibus quibus est pꝛhibitũ in de. exiui. in. §. pindevir sanct?. de ver. sig. Fallit hoc ẽm Bar. in minoꝛica. q̃ distributio debet fieri in fratres ipsos vel moniales sctẽ clare subiectas cure ipoꝝ z berede voluntarie soluẽte. quia sic frater minoꝛ potest esse executoꝛ. Et q̃ tã clericus religiosus q̃ laicus possit eẽ executoꝛ. nõ. in. c. religiosus. de testa. li. vj. z p doc. in. c. tua nobis. z ibi Pa. z in. c. Jobãnes. de test. etiã si sit minoꝛ. xxv. annis. ẽm glo. in. d. c. religiosus. z hoc de psuetudine. Et sequit Albe. in. l. nulli licite. C. de epi. z cleri. dummõ adultus sit. Itẽ non admittit seruus nec surdus. mutus. pdigus. furiosus. q̃uis aliqui tenuerit q̃ etiaz seruus z pupillus possit esse. vt ibi no. Albri. sed est verius q̃ non. 2

¶ Utꝝ femina possit deputari? Rn. glo. Jo. an. in. d. c. religiosus. tenet. q̃ consuetudo que est optima interꝑes legũ. habet q̃ sic Pa. in. d. c. tua nob. dicit q̃ alis fuit consultum q̃ nõ põt. Sed Bal. tenet cũ Jo. an. z placet. q2 mulier nõ cõparet vt pcuratrix. sed intentat actionẽ noie pꝛio. de quo p eundẽ Bal. in. l. id qđ pauperibus. z in. l. si quis ad declinandã. C. de epi. et cle. Et sic non ob. l. neq̃ femina. ff. de pcu. z. l. alienã. C. eo. z. l. ij. ff. de re. iu. z. ij. q. vij. §. tria. q2 vt dixi non vt pcuratrix cõparet. 3

¶ Utrũ possint deputari mixti. s. secularis et religiosus simul vel clericus? Rn. q̃ sic ẽm Jo. an. in. d. c. Jo bannes. 4

¶ Utrũ cum simpliciter deputant tres vel q̃tuoꝛ executoꝛes: vno mortuo alij possint pcedere? Rn. q̃ sic. vel etiã si viueret z nollet exequi possent ipsi exequi. vt est tex. in. d. c. religiosus. 5

¶ Quid si vnus executoꝝ viuit: sed est in remotis? Rn. q̃ nihilominus ceteri exequent. vt in. d. c. religiosus. immo ẽm glo. ibidẽ. nõ est necesse vocet tũc sicut z in electione. vt in. c. quia pter. z in. c. cum interuniuersas. de elec. Secus si non multum distaret. q2 tũc vocandus esset. z si in termino assignato non venerit. pcedent ceteri. Et hoc intellige q̃n simplr sunt deputati. Secus si cum aliqua limitatione: puta q̃ vnus sine alio non possit z hmõi. q2 tũc seruãdum est qđ testatoꝛ statuit. vt in. d. c. religiosus. 6

¶ Utrũ officiũ pfati executoꝛis trãseat in heredib?? Rn. glo. in. d. c. religiosus. q̃ non. nisi testatoꝛ exꝑsserit. Et hoc tene per. d. tex. lz aliqui tenuerint q̃ transeat. p. l. cum vnus. z. l. a filio. in pñ. et. l. alimenta. in pñ. ff. de ali. z ci. le. Alij ẋo q̃ re integra non trausibit: sed 7

non integra ſic.vt de elec.c.in cauſis.et.l. mandatum C.man.

8 ¶Quid ſi ſit deputatus executoꝛ abbas.ſ.,pculi an eo mortuo ſucceſſoꝛ eius exequet? Rꝝ.glo.in.d.c.religioſus.q ſi abbas mortuus erat ,pinquus teſtatoꝛi: nō tranſibit ad ſucceſſoꝛē.q2 videt electa pſona ex affectione.ſiue nomē eius fuerit exp̄ſſum vel non. facit ad boc.xij.q.iij.pontifices.de teſta.requiſiſti. Si autē nō erat ,pinquus.tunc ſi nomen erat exp̄eſſum non tranſibit. Si vō non erat exp̄eſſum tranſibit.de offi. dele.q̄m requiſiſti.

9 ¶Queriť an teneať deputatus executoꝛ acceptare? Rꝝ.Pa.in.d.c. Jobes.q nō.niſi tacite acceptaſſet vel exp̄ſſe.q2 nō poſſet renūciare.Et dicť tacite acceptare q̄n aliquid fecit qđ pertinet ad boc et bmōi. Item ſi ſcienter recepit lr̄as quibus ſibi officium deferebať ar.l.j.§.j.ff.de ,pcu. aut ſi ipſe cōſenſit q̄n teſtatoꝛ ad illud officium eum deputabat. ad boc.l.vxoꝛi.§.j.ff. ad.l.coꝛ.de fal.facit.l.ex ſnia.ff.de te.tu. Poſſet tamē eps in legatis ad pias cauſas citra acceptationē cōpellere:ſi nō vt executoꝛem:ſaltē vt delegatū: ſicut in qualibet alia delegatione.vt. C. qui pro ſua iuriſdi.l. vnica.et.c.paſtoꝛal'.de offi.dele.

10 ¶Quādo tenentur executoꝛes exequi? Rꝝ. Pa. in.c. nos quidē.de teſta.q aut teſtatoꝛ ,puidit ſibi de tpe. et illud ſerua. Unū tamē ſemp no.q licet teſtatoꝛ mādet aliquid fieri infra certum tp̄s cōputandum a die mortis.intelligiť et ſuppleť:et ſciētie et adite hereditatis.vt ,pbat tex.in.l.ſtatuliberos.§.ſi quis heredi.ff. de ſtatulibe.facit tex.iuncta glo.in.l.fi.§.ſi autē dubius.C.de iu.delī. Si vō teſtatoꝛ non ,puidit ſibi de tēpoꝛe tūc Pa.dicit in.c.ſi heredes.de teſta. q ſi res ligata eſt in patrimonio teſtatoꝛis: pōt ſolui ſine moꝛa Nam dominiū ſtico adita hereditate trāſit in legatarium.vt in.l.ſi tibi bō.§.cū ſeruus.et qđ ibi nō.ff.ad le. j.et in.l.cum res.in ,pin.ibidē dicť.q ſi non ſoluať ſine moꝛa:heredes cōdemnaňť ad p̄ſtandum vſuram et omnē vtilitatem. Idem etiā ſi eſſet pecunia legata. vt in.l.ſi domus.§. in pecunia.ff.de leg.j.vbi dicť q ad ſolutionē tp̄s modicū dandum eſt.Sed glo.ibidē ſtlud breue tp̄us dicit foꝛe.x.dies a p̄cepto iudicis. vel ſaltem arbitrarium penſata q̄ntitate et qualitate hereditatis.et ſi non habet debet repire vndecūq.l. ſi pecuniam.ff. de leg.ij. Et boc tene quo ad obligationem.quo autem ad penam.ſ.vt coganť ſoluere cum omni emolimento et intereſſe:dic q in legatis ad pias cauſas eſt tp̄s ſex menſium.vt in auť.de ec.ti.§. ſi autem legatū. Idem dicerē in legatis ad nō pias cauſas per ar.a maioꝛi.in.d.§.ſi aūt legatum et boc a die inſinuationis teſtamēti.q ſi per annum a die moniti onis per iudicem ſibi facte non implet quecunq; relicta p̄uať tota hereditate.et veniet ad ſubſtitutos.vl ſi non ſunt:veniet ordine ſeruato coheredibus adeūtibus vel generali fideicōmiſſario et ceteris.Im q habeť in auť.amplius.C. de fideicōmiſſ. lz poſſit iudex cogere etiam añ p̄fatum tempus executoꝛes vel heredes alio remedio.

11 ¶Utrū executoꝛe non exequēte devoluatur ad ep̄m executio? Rꝝ. Pa. in.d.c.nos q̄dē. q ſi p̄ceſſit duplex monitio poſt negligentiā debētis exequi ſtatim in legatis ad pias cauſas devoluiť.nec requiriť aliud tēpus.vt videť innuere ter. in auť.de ec.ti.§. ſi aūt qui amplius.Si ſola vnica monitio p̄ceſſit:expectať anyus anteq; devoluať ad ep̄m. Sed aduerte q bodie epī q ſtatuta diſponūt vt currat annus a die mortis admonēdo generaliter quoſcunq;.et ſic poſt annū de uoluť intelligēdo a die mortis et ſciētie et adite hereditatis.vt.ō.dixi. Limitat Ri.in.iij.di.xlv. boc verū. ſi habet bona in ,pmptu de quibus poſſit infra annū legata iplere. alīs nō devoluit ad ep̄m. Quod no.

¶Queriť quidā reliq̄t centū pauperib? declarādis 12
p ſempꝛonū. an elapſo anno declaratione nō facta: eps poſſit eligere pauperes vigoꝛe ſtatuti p̄fati in p̄cedēti.q? Rꝝ.Bar.in.l.cum quidā ita.ff.de lega.ij. et ſe quiť Pa.in.d.c.nos quidē.q nō.q2 ſtatutū loquiť de executoꝛe.et in eo haberet locū vt nō poſſet amplius ſe intromittere.arg.c.lr̄as.de ſup.ne.pla. ſed habens declarare non eſt executoꝛ:ſicut dicimus differētiam inter iudicē qui declarat et executoꝛē.C.de exe. rei iudi.l.executoꝛem. quod no. q2 ,pbat q frater minoꝛ q̄ nō pōt eſſe executoꝛ bñ poſſet eſſe declaratoꝛ. et ſil'r conſultoꝛ:cū nullo iure ,pbibeať.de q̄ dic vt.j.§.xxvj.

¶Utrū p̄fata devolutio habeat locū tam in legatis 13
ad pias cauſas q̄ nō pias? Rꝝ. Pa.in.c.ſi heredes.de teſta.q in legatis ad pias cauſas nō eſt dubium. In alīs aūt eſt diuerſitas inter doct.ſed ipſe Pa.ſic concordat.q aut eps vult ſe impedire anteq; heres ſit p̄uatus hereditate.ſ.añ lapſum anni.et ſic pōt ſe impedire et cōpellere. Sil'r ſi heres incidit in penā p̄uationis ſed de facto eā poſſidet.q2 nemo eam p̄etit.nam tunc ceſſat ratio.d.auť. amplius.q̄ vult vt hereditas cum onere exequēdi tranſeat ad aliū. et habebit locū d.c.ſi heredes.qđ loquiť generaliter. Nec obſtať q non debet eps impendere officiū ſuum non imploꝛatum ad vtilitatē p̄uatam cōtra determinata in.c. bone memoꝛie.el.p̄mo.de poſtu.p̄ela. q2 p̄o quo impēdit eſt miſerabilis pſona.et ideo pōt:vt ibi nō.quia defunctus eſt deſtitutus oīni auxilio.et ideo merito etiā nō imploꝛatus pōt iudex impendere officiū ſuū. Aut vult ſe impedire poſtq; puenit ad alios hereditas ,pter p̄uationē p̄imoꝛ.et ſic nō pōt reſpectu executionis.ſed bene reſpectu cōpulſionis fiende heredi nouo vt exequať.q2 tūc habebit locū.d.auť.amplius. Et ſic pcoꝛdat.d.c.ſi heredes.cū.d.auť.amplius.

¶Quid ſi teſtatoꝛ exp̄ſſe ,pbibuit ne eps ſe impedi- 14
at? Rꝝ.Pa.in.c.tua nobis.de teſta.q quo ad cōpulſionem executoꝛ non valet.q2 ſicut ipſe ſi viueret non poſſet ſe eximere a foꝛo ep̄i.ita nec executoꝛes ſubtrahere potuit.vt p3 in.d.c.tua nobis.Quo vō ad dēuolutionē executionis dicit idem Pa.ibidem. q ſi teſtatoꝛ ,puidit de alio executoꝛe in caſu negligētie p̄imi ille exequeť non eps.ar.in.l.nulli.et in.l. ſi quis ad declinandā.C.de epi.et cle.Aut ſolum ,pbibuit epīs exequi.tunc in legatis ad pias cauſas nihilominus exequeť nō obſtāte ,pbibitione.tex. bonus eſt in auť.de ec.ti.§.ſi q̄s aūt ,p redēptione.cū duob?.§.ſe.et in.d. c.tua nobis. In alīs aūt non.

¶Utrū executoꝛ habeat actionē contra heredē? Rꝝ. 15
Pa.in.c.Jobannes.de teſta. q aut eſt purus executoꝛ.et ſic nec de iure ciuili nec canonico habet.ſed poteſt implorare officium iudicis contra detinentes bona defuncti.arg.in.l.hereditas.in.fi.ff.de peti.here. et in.l.quintus.ff. de an.le. Et boc voluit Dy. in.l.lucius.§.meuia.ff.ad trebel.et Bar.in.l.ſi quis ticio.ff.de leg.ij.et glo.in.d.§.meuia.limitat verum niſi in legatis ad pias cauſas.quia tunc dicitur habere actionez contra heredes.allegat.l.nulli.C.de epi.et cleri. Idez tenet glo.in.d.l.ſi quis ticio. Si vō non eſt purus executoꝛ ſed legatarius.ſicut quando verba diſpoſitio

nis conferuntur in eum tacite vel expresse. Exemplū dicit testator. relinquo ticio centum ꝛ volo illa restitui at seyo. tunc poterit agere contra detinentē bona tā q̄ legatarius. et est vtile. quia si deficeret fideicōmissum ex persona fideicōmissaria accresceret sibi ꝛ non heredi. vt in. d. l. si quis ticio. Idem erit vbi tacite cōfertur in eum dispositio. puta quia est particeps illius relicti ꝑm glo. in. d. §. meuia. ꝛ in glo. d. l. si quis ticio. ꝛ ibi vide.

16 ¶Utrū executor possit vendere bona defuncti ꝑ executione vltime volūtatis? R. Pa. in. d. c. Johānes. q̄ si est executor vniuersalis: puta quia omnia sunt distribuenda pauperibus: sic poterit. d. l. nulli. Si vo est particularis: non potest nisi testator expresse concesserit. vt in. l. alio herede. ff. de ali. ꝛ ci. le. Sicut communiter hodie est in testamentis datur libera vendēdi auctoritas ipsis ꝓo executione vltime voluntatis Et quid importent dicta verba: vide Bar. in. d. l. alio Et cautela est q̄ addatur sic. Dans eis generale mādatum cum libera administratione agendi. exigendi. distribuendi ꝛc.

17 ¶Utrū cum testator relinquit centum ꝓo restituendis male ablatis. et non reperiunt male ablata vsq̄ ad illam summā: residuum sit distribuendū? R. Pa. in. d. c. tua nobis. Ja. de are. in tractatu executionis: vt refert ꝛ sequitur Bal. in. d. l. si quis ad declinandā distinguit. q̄ aut testator prohibuit in alium vsum cōuerti. ꝛ sic cedet heredi residuum. quēadmodū quando deficit aliud legatū. vt in. d. l. si quis ticio. ꝛ expressio cause limitat legatum. vt in. l. fi. ff. de au. ꝛ arg. le. Aut simpliciter disposuit. ꝛ tunc debet dictum residuum dari pauperibus. vt in. l. legatum. ff. de vsu. ꝛ vsu fru. le. quia sicut destinatum in vnum pium vsum: si non potest debet conuerti in alium pium. vt in. c. nos quidem. de testa. ꝛ facit in ar. d. l. legatum. sic ꝛ hic. Et hoc puto verissimum. quod tenet etiam Jo. an. in addi. ad Spec. in ti. de instru. edi. §. nunc vo aliqua. v. si scias. ꝛ maxime ꝑm Pa. vbi. s. q̄ exquo expressit certam quātitatem: ꝓsumendum est illam deberi: licz nō appareant creditores. ꝛ idem dicit fore seruandū in cautione quam faciunt vsurarij. vt etiam nō. in. c. q̄. q̄. de vsu. li. vj. Consulo tamen hoc fiendum de consilio epi vel heredis. ꝛ istud sequendum est in conscientia. q̄uis alij distinguant si executor est nudus minister. ꝛ sic reddet heredi. d. l. si quis ticio. ꝛ l. codicillis. in prin. eo. ti. Si vo non est nudus executor: tunc residuum erit ipsius executoris. Posset hec opi. in conscientia ꝓcedere quando legasset dicto executori cuz expressione creditorꝫ ꝑm q̄ in libro suo inueniet ꝛ huiusmodi quia tunc residuū summe videret voluisse legare executori. vt. l. pater. §. tusculanus. ff. de lega. ij. ꝛ l. filio. §. matri. ff. de adi. le.

18 ¶Utrū executor cui testator dedit aliquid ad distribuendum vbi ei videbit ꝛ placuerit: teneat illud distribuere in pios vsus? R. q̄ sic si aliud nō apparet de mente testatoris. facit. c. cū tibi. de testa. Sed melius verbū videbit ꝛ verbū placuerit. quod refert ad arbitrium boniviri. ff. de fideicom. li. l. tbais. §. sorore sua. ꝛ l. fideicommissa libertas. la. ij. bonus aūt vir arbitrabit magis ad salutem anime testatoris dispensandum q̄ als. de so. cōpe. c. conquestus. Et ad salutem magis facit vt inter pauperes dispensetur. l. id quod pauperibus. ꝛ l. nulli. ꝛ l. si quis ad declinandam. C. de epi. ꝛ cle. nec impedit dispositio testatoris. licet nō sint expresse persone quibus debeat fieri. vt in dictis legibus. Item quia debemus interꝑtari voluntatem testatoris in meliorem ꝛ fauorabiliorem causam ꝓpter regulam. quia in testamentis fit melior interꝑtatio. c. cum dilecti. de dona. ff. de regu. iuris. l. in testamentis. ff. de vi. tri. oleoq̄. le. l. iij. cū ergo nulla sit melior q̄ vt in pauperes xpi dispensetur: ita fiet. aliter si non fiet: epūs reuocare poterit ꝛ debet executionem. Pe. tñ de peru. tractatu de cano. porti. epi. c. ix. tenet q̄ medietas debet dari pauperibus. ꝛ medietas pijs locis. Nihil tñ allegat. ꝛ est satis equa.

¶Utrū executor etiam cum cōsensu episcopi possit 19
immutare vsum destinatum per testatorē in meliorē vide. j. Legatum. ij. §. xj.

¶Utrū religiosus exemptus deputatus executor si 20
in exequendo delict possit puniri ab ordinario? R. q̄ sic. tex. est in clemē. vnica. de testa. vbi etiā eis religiosis imponit vt reddant rōnem de executione ordinarijs. ꝛ sil'r ordinarijs vt exigant. Limitat Ri. in. iij. di. xlv. ar. v. q. ij. verum in religiosis qui habēt exemptionē cōem q̄ tamē possent puniri rōne ꝓtract⁹ vel delicti seu rei. vt in. c. j. de puīl. li. vj. sec⁹ in alijs q̄ etiā expredictis cōueniri nō possunt. q̄ non pñt tales puniri ab ordinarijs. Et placet.

¶Utrū ꝓlatus religiosi qui dedit licentiam acceptā 21
di executionē religioso possit eam reuocare etiā re nō integra? R. glo. in. d. cle. vnica. q̄ sic. cū religiosus nō habeat velle nec nolle. ꝛ executio fiat ꝑ collegam. aut si alius deputatus nō est per episcopum.

¶Utrū executor possit distribuere in filios vel pau 22
guineos ꝓprios. vide. s. elemosyna. §. iij.

¶Utrū dilatio executionis pie ꝑiudicet aīe testato 23
ris? R. ꝑm Rich. vbi. s. q. iij. q̄ sic. cuius ratio est duplex. Prima q̄ ecclesia ꝛ pauper nō excitant ad orā dum sicut facerent si eis dareť legatum. Acceleratio aūt feruentiū orationū ꝓ anima defuncti multū valet ad eius alleuiationem ꝛ celeriorem expeditionem Secda ratio. q̄ sicut anima in charitate decedēs ꝛ aliquid purgabile secum portans: in hac vita meruit vt elemosyne si ꝓ ea dent ꝓsint non ad augmentum gratie sed ad alleuiationem ꝛ breuiationē pene. ꝛ ido quāto citius implet tanto citius alleuiat. ꝛ econuerso q̄nto tardius implet tanto tardius liberat. Non tñ ꝓpter hoc si nunq̄ implerēt ꝓpetuo staret in penis: sed solū multo tardius liberaret. Ex q̄ ptz q̄ grauissime peccāt ꝛ magnam ꝓditionē faciūt q̄ celerius pñt non exequunt vnde vocant necatores egentiū. in. c. qui oblationes. el. j. cuz duobus. c. sequentibus. xvij. q. ij. ꝛ in. c. qui oblationes. el. ij. Et dicuntur venire ad exīanitionem fidei. ꝛ q̄ habendi sunt sicut qui non credunt iudicium dei. Idem dicendum de restitutione quā statuerūt fieri. vnde in cronicis minorum legitur. q̄ quidā impediebat intrare paradisuz quousq̄ facta fuit restitutio. q̄ nisi fiet luet in penis. facit ad hoc. in lris. de rapto.

¶Sed nunquid excusantur predicti executores si ꝓ 24
pterea tardant vt res defuncti melius vendantur? R. ꝑm San. Tho. in quol. q̄ mora modici temporis non videtur esse magnum periculum. vnde si executor per modicum tempus differat vt rebus defuncti melius venditis ampliores elemosynas facere possit licite facit. quod intelligo verum quando tantum est augmentū q̄ ꝓualet tarditati. puta q̄ elemosyna illa quā habuisset de illis rebus cito venditis ꝛ tpore tardationis in quo penā sustinuit: nō iudicantur tm satisfactoria q̄tum est elemosyna que elicit ex retar-

dationē,alis nō liceret.quia nō est fiendū malus mihi p bono alterius.Et hoc patet ex eo qđ subiungit.Si vo inqt.s.Tho. per multū tps differat vt in modico ampliores elemosynas faciat:nō excusaē a culpa: qa forte defunct9 a purgatorio liberaē interim: t sic frustratur remedio q̄ multū indigebat.Faciat g̃ qđ magis rōnabiliter videē expedire anime defuncti.

¶Quid si quis deputauit executorē cum ista ꝓditione vt exequaē cum ꝓsilio talis:Rn. q aut dixit cū consilio.t sic executor licet teneaē petere consiliū: tamen nō teneē sequi. Si vo dixit q exequaē ꝑm ꝓsiliū:sic teneē sequi ipm. vt tenet Albe.in.l.nulli.C. de epi. et cleri.vide.s.Consilium.§.iij. 25

¶Quid si sit frater minor ille cuius ꝓsilio exequi debet:Rn.q diuersa est opi.inter doc.Sed tu dic q frater minor licet nō possit esse executor:pōt tamē eē consultor:qr executor oportet q sit ꝓtractator pecuniaꝝ t venditor rerū:t hmōi.que nullo mō conueniūt fratri minori sed dare ꝓsilium in nullo derogat sue ꝓfessioni. Et sic p hoc euacuaē rō Be.in.c.fi. de testi.li.vj.q̄ tenet q nō pōt esse ꝓsiliarius tali modo q aliter non possit fieri dispensatio nisi ꝑm suū ꝓsilium. Et sic ꝑm predicta limita. Maz si testator reliquit centū ducta pauperibus declarādis p fratrē minorē.hoc nō derogat sue ꝓfessioni:t licet.de hoc p Bar.expresse in tractatu minoricarum. 26

Exemptus dicit q̄ nō subest iurisditioni ordinarij:vt ptz.t nō.in.c.cū psone.de priui.li.vj.Solus ergo papa vel legatus de latere potest cognoscere de causis ꝓtra exemptū.vt nō. in.c.qđ trāslationē.d off..lega. Secus in alijs legatis vt ibi.vnde eximere ꝓprie est aplice sedis.xvj.q.j.frater.vj.q.iij.nunc vo.no. Jo.an.in glo.d.c.j.de priuil.

¶Quot modis datur exemptio:Rn.vt no. (li.vj. Pa.in.c.tuaz.de priuil.q duob9 modis. Primo rōne loci: puta monasterij vel ecclesie t hmōi. t in istis habet locum.c.j. de priuil.li.vj. q rōne delicti cōmissi extra locū exemptū vel rōne cōtractus alibi initi: vel rōne rei alibi site pñt coram ordinario cōueniri t ab eo puniri.Et exempta eccl'a vel monasteriū intelliguntur exempti etiā ipsius monachi vel canonici. clerici etiam t cōuersi ꝑpetuoq oblati.nō aūt eiusdē ecclesie pbyter q̄ parochianoꝝ curā habet quo ad ea que ad eande curā ptinēt:nec ipsi parochiani. vt in.c.per exemptionē. de priui.li.vj. Eximit etiā exempto monasterio ꝑm glo.in.d.c.ipsi9 cimiteriū t dom9 t theatrū cum hortis t areis q̄ sunt iuxta eccl'iaz. ar.xij.q.j. necessaria.t.c.nulla.xvij.q.iij.diffiniuit. Idez dic in dormitorio t domib9 clericoꝝ que sunt iuxta eccl'iaz cū eoꝝ hortis.ar.d.c.necessaria.t diffinit. Scdo daē exemptio rōne psone t nō loci:vt in priuilegio ꝓcesso capellanis t familiaribus pape.t de talibus nō habz locū.d.c.j.qr nec etiam rōne delicti possunt puniri ab ordinarijs.aliter eoꝝ priuilegiū esset inutile qđ eē nō debet.vt in.c.si papa.de pui.li.vj.Ex q̄bus oibus concludē q exemptus rōne alicui9 loci vel rei nō censeē exemptus rōne alterius rei vel loci. vnde priuilegiuz cōcessum psonis respectu certi loci nō extendiē vltra locum. Dñ censeē priuilegiū potius reale q̄ psonale. vt no. Pa.i.c.cū capella.de priuil. Secus i exemptiōe respectu psone vt patz. Aduerte q si canonici alicui9 ecclesie eximanē ipsi soli sunt exempti:non aūt eccl'ia vel alij eius clerici. Si aūt clerici cuiusuis ecclesie eximanē. tunc tam canonici q̄ alij clerici sunt exempti. nō aūt ecclesia:nisi aliud exprimaē,vt in.d.c.q exemptionem: nec etiam conuersi vel oblati. vt dicit glo. ibidem.

¶Quibus verbis ꝓbaē exemptio:Rn. q multiplicit vt ꝓbatur in.d.c.si papa.puta si dicaē in priuilegio a papa:vel sentētiando eccl'iam iuris beati petri existere:siue ad ius t ꝓprietatē romane ecclesie ptinere.vel ad romanā eccl'iam spāliter aut sine medio t simpliciter ptinere.vel si dicat q ecclesia sit libera. seu q potiatur romane ecclesie libertate. siue q eps non audeat illic cathedrā collocare. seu aliqđ imperium exercere vel potestatē. aut q eximit a potestate episcopi. Item si recipianē in ꝓprios subiectos p huiusmodi t similia cognoscit exemptio vt ibi patet.Secus si recipiantur sub defensione.vt in.c.ex parte.el.ij.de priuil. vel in ꝓprios filios:quia nō essent exempti. vt ibi dicitur.t ibi vide.t quod ibi notaē. 2

¶Utz exemptus teneaē citatus ab ordinario cōparere:Rn.Pa.in.c.cuz ordinē.de rescp.q aut ē notorie exemptus t iam diu toleratus priuilegio exemptiōis sicut sunt mendicātes. t sic nō teneē nec valebit sententia sup principali: qr est a nō suo iudice:neq tāq̄ contra cōtumacem.Ad hoc tex.in.l.nō videē.ff. de iudi.t bonus tex.in cle.pastoralis.§.pisana. t ibi bona glo.ff.de re iudi.t glo.in.c.veniens.de accu. t.ij.q.iij. si eps.t p Inno.in.c.ij.d dila.t Bar.in.l.ij.ff. si quis in ius vo.non ie.licet in alijs terminis. Si vo non cōstat ita notorie:tunc teneē comparere t allegare priuilegium t in loco cōgruo t securo infra terminū competentē ordinario ostendere ꝑm q dicit in.c. cum psone.de priui.lib.vj. 3

¶Utrū pendēte lite sup validitate priuilegij seu an fuerit cōcessum vel nō:debeat quis priuari vel interdici vsu possessionis vel q̄si.etiam si possessio sit ꝓtra ius:Rn.Pa.in.c.j.vt li.pen.ni.inno.q nō.tex.est in.d.c.cū psone.in.§.q si tales.cū.§.se.t boc idē tenēt ibi doc. vt dicit Jo.mo.vt ibi no.Be.q pendēte lite nō ē turbandus in possessione sua. etiaz si possideat ꝓtra ius cōmune:dūmodo ex aliqua ꝓbatione:licet nō sufficienti ad finalem intentum ipse iustificet possessionem. t ita videē sonare ibi tex.Unde Jo.an.in glo.vlt.ibidem dicit. Nota quātus fauor priuilegio debeē. Est em̃ ex se priuilegium fauorabile sed ꝓscriptio odiosa.de deci.c.ex parte.et.c.tua. t de reg. iur.odia. Hec Jo.an. 4

¶Quid si exemptus litigat coram ordinario: t non allegat exemptionē,an perdat eam p hoc:Rn.Pa.in .c.j.de sen.t re.iu.q non. nec tenet sentētia. Nec obstat taciturnitas: quia etiam si voluisset nō potuisset in illum consentire vt in iudicem.de arbi.cum tempore.Et hoc tenet Jo.an.in regula sciēti.lib.vj. in mercurialib9.facit quod nō.in.l.j.C. vbi de cri.agi.opoz. Ratio est ꝑm Pa.in.d.c.cum tēpore:quia exemptus non potest renunciare exemptioni: quia tangit nedū fauor exempti sed etiam superioris qui ipm eximit. vt in.c.ad aplicam.de regula.t in.l.si quis in ꝓscribēdo. C.de epi.t cle.Albe.tñ in.d.l.si q̄s.tenet q exemptus potest renunciare priuilegio exemptionis.p.d.l.si q̄s Et ad leges cōtrarias respondit.q loquunt de priuilegio iuris cōmunis introducto in fauorē ordinis clericalis cui renunciari nō potest. sed de suo priuilegio speciali bene pōt:t verius credo q̄ ipse impetrauit. Et prima opinio est vera: q̄ superior ꝓprio motu aliquem eximit. quod nota bene. 5

¶Utrū exemptus possit absolui ab episcopo ab excōmunicatione inflicta a canone quam sibi conditor 6

canonis nō reseruauit? R. Pa. in.c. significasti de so. cōpe. Fede. ꝓsil. xiij. & Jo. de ligna. in cle. ne in agro. de ita. regu. tenēt q̄ sic. sed Jo. an. i regula sciēti. Bal. dicit q̄ nō. Pa. hoc sequit: q̄ nō est sue iurisditionis. nec pōt se submittere sine licētia pape rōne dicta in p̄cedenti. q. in fi. Excipe tū videt Jo. an. in.c. religioso. de sen. ex. li. vj. excōicatos ꝑ iniectione manuū violēta p rōnem tex. ibidem. s. ne materia euagādi: cum tū cōtrariū teneat. in de. cuz ex eo. de sen. excō. in. glo. fi. Et ꝓterea teneo q̄ nec in illo casu. c. religioso: nec in alio exemptus possit absolui ab epō: nisi vbi spāliter ei cōmittit a papa. & d. c. religioso. loquit de nō exēptis: quos antea nō poterat absoluere ꝓter. c. cuz illoz. de sen. ex. Et hoc tene: q̄ si de exemptis intellexisset sic dixisset sicut dicit i. d. de. cū ex eo. in fi.

7 ¶Quid potest exercere archiepūs vel episcopus in loco exempto. vide. s. Archiepūs. J. iij.

8 ¶Utrū exemptus rōne loci si deliquerit alibi vel cōtrabat: aut res ipsa ꝓsistat poss. t in loco domicilij pueniri aut puniri p ordinariū? R. q̄ nō nec habet ptātē remittendi eū si ꝓueniat. vt in. d. c. j. de ꝓui. li. vj. Silr si delictū vel ꝓtractus vel res ipsa litigiosa sit in loco exempto: non poterit se impedire. Intelligit ergo dictum. c. j. q̄ rōne delicti vel ꝓtractus possunt p ordinarios ꝓueniri. s. si inueniant extra locum exemptuz vel remittent. vt nō. in. d. c. j. Sunt tū quidā exempti rōne locoz & psone qui etiā rōne delicti aut ꝓtractus vel rei nullo modo possunt ꝓueniri: vt fratres minores. p̄dicatores & cisterciēses & multi alij.

9 ¶Utrū delinquens in loco exempto ligetur statuto episcopi. vide. j. Statutum. J. ij.

10 ¶Utrū cum statuto epi caueat ne q̄s accedat ad quelibet monasteria monialiū sub pena excōicatōis quā incurrat ipso facto: sint excōicati q̄ accedūt ad monasteria exempta monialiū? R. q̄ sic si sine licētia illius ad quē ptinet accedūt. Rō: quia sine p̄fata licentia accessus est ꝓhibitus. vt in. c. piculoso. de sta. mo. li. vj. Et ideo si epi vt cōpescāt tales accessus addūt penaz licite faciunt: & ideo liganī: nec dicendū q̄ delictū cōmittat in loco exempto solum: & etiā in non exempto videlicz cū accedūt añq̄ ꝓuenerint. Item patz p hoc qđ no. Bar. in. l. relegatoz. ff. de interd. q̄ dicit q̄ ciuitas ꝓter cōmodū ciuiū vel odiuz eoz ad q̄s nō vult vadant ꝓhibere pōt ciuibus suis ne vadāt ad talem terraz. hoc no. Pa. in. c. postulasti. de so. cōpe. & silr in casu p̄dicto. Et hoc tenet. d. Pbi. de pusio. in. c. vt alia rū. de ꝓsti. li. vj. secus si ꝓhiberent ne quoquo mō sine eoz licētia q̄s accederet: q̄ nisi p̄sidētes monasteriis essent culpabiles in admittēdo nō valeret eoz statutū: cum esset ꝓtra ius cōmune. vt in. d. c. piculoso. contra qđ epūs nō pōt statuere nisi ex iusta causa. vt tenet Bal. in. l. omnes populi. ff. de iu. & iure. & d. Anto. in. c. vestra. de loca. pūt: imo obliganī ꝑmates. archiepi et epi vniuersi sub pena eterne maledictionis in ꝓpria dioceſi monasteria exempta q̄ immediate subsunt romane eccīe aucte aplica cogere vt seruēt clausurā. vt in. d. c. piculoso. Silr debent ea visitare eadē auctoritate singulis annis. vt in clemē. attendētes. de sta. regu. & hoc de p̄cepto ſm glo. ibidē ꝓpter ver. debeāt. qđ est p̄ceptiuū. vt in. c. oblate. de appel. & in. c. vt fame. d sen. ex. lz. c. j. de despō. impu. sapiat bonestatē.

11 ¶Utrū exempti possint oratoria vl capellas in locis non exemptis edificare? R. q̄ nō. nec in sic ꝓstructis celebrare vel celebrari facere nisi de licentia diocesani loci. vt in. c. auctoritate. de ꝓuil. li. vj. Intellige nisi de licentia pape boc facerent: aliter diocesani eos cōpescere possunt. vt in. d. c. aucte. Et intellige de oratoriis publicis: q̄ in ꝓuatis possunt. vt no. glo. ibidez. Hoc intelligo in publicis factis oratoriis q̄ nō ꝑmittit celebrare verū. q̄n epi ꝓhibitionē fecissent ne in eis celebraretur. alis q̄n cōiter in eis celebrat si fiat de ꝓsensu illius q̄ curā eoz habet: sufficit sine alia licentia epi.

¶Utrū in locis exemptis p̄dicta in p̄cedēti q̄stiōe facere possint? R. q̄ nō: nisi licentia vel ꝓuilegium sedis aplice habeāt spāle. vt i. d. c. auctoritate. J. inhibem?. 12

¶Utrū causas & lites suoz hominū ac liberoruz seu sensualiū possint exempti assumere? R. q̄ non. vt i. d. c. auctoritate. J. causas. 13

Exemplum malū dantes ꝓcipue prelati & q̄ habēt alios regere moraliter peccant. Et vt dī. xj. q. iij. ꝓcipue. tot mortibus digni sunt quot pditōis exempla ad alios trāsmittūt ar. lxxxj. di. nemo. xciij. di. ꝓuenit ad nos. in. fi. ij. q. vij paulus. & c. cuz pastoral. xvij. q. j. q̄ bona. De hac materia no. j. scandalum.

Exequie pōpatice curatio funeris ꝓditio sepulture potius sunt vinoz solatia q̄ mortuoz subsidia. xiij. q. ij. c. anie. J. curatio. Hinc tex. in. c. nō extimem?. e. q. dicit. corpi humano q̄cq̄d impēdit nō est p̄sidiū salutis: ſ būanitatis officium ſm affectū quo nemo carnē suam odio habet. Unde oportet vt q̄diu potest ꝓpter carne ꝓrimi curam gerat cum ille inde recesserit q̄ gerebat. hec ibi. Et de hoc vide infra Sepultura.

Exheredatio filioruz bodie non potest fieri nisi pater habeat iustam causam quā debet describere in testamēto vt. C. de inof. testa. auten. sed bodie.

¶Sed que sunt iuste cause? R. xiij. q̄ ponunt i autē. vt cum. de ap. co. J. causas. Prima si filius parētibus manus intulerit. Scda si grauem iniuriā eis fecerit. Tertia si eos crimialiter accusauerit de causa que nō sit aduersus p̄incipē vel rempublicā. Quarta si cum maleficis ꝓuersat. Quinta si maleficus efficiat. Sexta si vite parentū insidiat. Septima si cum nouerca sua aut ꝓcubina patris sui se immiscuerit. Octaua si ꝑ psona ipsius vel debito eius incarcerati in q̄ntū potest fideiubere noluerit. Et hec octaua causa intelligitur solum de masculis. Nona si ꝓhibuerit eos facere testamentū. Decima si ꝓtra parentū voluntatem inter arenarios & mimos pseuerauerit cum pater illi? professionis non fuerit. Undecima si filia vitam luxuriosam elegerit: cum parentes eam vellent ꝓ posse nubere & dotare: nisi neglexerint eam nubere vsq̄ ad. xxv. annum. Duodecima si parentibus furiosis debitam curam non impenderit. Tertiadecima si de carcere parentes deducere neglexerit. Adde decimam quartam si voluntatem vltimā executioni demandare noluerit. vt supra executor. J. x. Et decimā quintaz si filius est hereticus cum pater sit catholicus. vt. d. J. causas. 1

¶Silr filius pōt patrem exheredare. Primo si de crimine euz accusauerit excepto crimine lese maiestatis. Scdo si vite filij insidiatus fuerit. Tertio si vxori sue vel ꝓcubine se cōmiscuerit. Quarto si testari in q̄ poterat ꝓhibuit. Quinto si nō egit curam eius cum esset furiosus. Sexto si captū a saracenis nō redemit. Et si mori intestatus sibi nō succedet sed ecclesia. ce dabunt bona eius pro redemptione captiuoz. vt in. d. auē. cum ap. co. 2

¶ Utrū int istis talib⁹ in q̄bus p̄t exheredare possit alimēta sil̄r denegare? R. Jo.an. & pa. sequit̄ in.c.q̄n tualtis.de iureiur. vbi etiā in glo. ponunt̄ p̄dicti casus.q̄ sic. Et idē tenet Bar.in.l.diuus adrianus.ff.de paric.p.l.si quis a liber⁹.ff.de li.ag. Et idē tenet Pa. in.c.ex frarum.de eo qui du.in ma.quā pol.p adul.de patre ingrato ꝓtra filiū. Que limita nisi ipos peniteat.p quo facit glo.in.l.fi.C.de epi.& cle.& tex.in.c. nō liceat.xix.q.ij. vbi dī q̄ p religionis ingressum purgatur oīmis ingratitudo. & q̄d no. Spe.in ti.q̄ fi.sint le. ver.q̄d si filia.& sequit̄ Pa.vbi.s.q̄ dicit q̄ si filia fornicatrix vult penitere de pct̄o: pater tenet̄ eam alere. ar.c.ferrum.l.dist. Et p cōsequens dicit Pa.vbi.s.q̄ etiā tenet̄ eam dotare: q̄ causa dotis nō minus ē favorabilis q̄ causa alimentoꝝ. vt no. Cy.in.l.nō oīmi .C.de adm.tu.& Bar.in auten.& cōplexu.C. de ince.

¶ Utrū liceat exheredare filium vt (& inuti.nup. heredem faciat eccl̄iam? R. aug.in.c. q̄cunq; xvij.q. .iij. Quicunq; exheredato filio heredē vult facere ecclesiā querat aliū q̄ suscipiat nō augustinū.

¶ Utrū frater exheredet̄ a fratre? R.q̄ sic in trib⁹ casibus. Primus si insidiatus est vite ipsius. Scōs si de crimine inscripsit ꝓtra eum. Tertius si in bonis eius notabiliter lesit. Et hoc etiā habet locuꝫ q̄n mort̄ ab intestato frater vt non succedat ei frater. vt in aut̄. de nup. §. ingratitudinem.

¶ Utrū vir vxorem & ecōtra vxor virum possit exheredare? R.q̄ sic. vt nō.in.d.§. causas.

Exorbitantia a iure cōmuni nō debēt trahi ad sequelam. de re. iu. li.vj. que a iure cōmuni exorbitant: nequaq̄ ad cōsequentiam sunt trahenda.

Exorciste ex greco in latinū adiurātes siue increpātes vocāt̄. vt dicit tex.in .c.cleros.circa.fi.xxj.dis.

¶ Quid ptinet ad eoꝝ officiū? R. tex.i.c.p lectis.xxv di. ad exorcistā ptinet exorcismos memoriter tenere. manuscq; sup energuminos. id est. lunaticos & obsessos a demonibus & catbecuminos inexorcizando imponere: hec ibi.

¶ Cum ordinat̄ debet accipere de manu episcopi libellum in quo exorcismi sunt scripti cum istis verbis Accipe & cōmenda mēoriē tē. vt i.c.exorcista.xxiij.di.

Exorcismus est adiuratio contra dyabolum. vt de cōse.dis.iij.in.c. añ.xx.dies.

¶ Quid valet exorcismus ante baptismū? R. Ri.in .iij.di.vj.ar.vl.q.j. p ipsum virtute diuina artat̄ potestas dyaboli ne possit de cetero tantū q̄tum ceteris paribus posset si nō esset exorcisatus & maxime impediendo ne baptismū suscipiat. facit ad hoc.c.sicut nostis.de conse.dist.iij.

¶ Quid si aliq̄s baptizet̄ sine exorcismo? R. Ri. vbi .s.q̄ debet post baptismū exorcizari. facit.d.c. nostis Rō. q̄z in baptizato paruulo non sit peccatū: tñ in eo remanet actualiter fomes pcti. Et ideo etiam post baptismū habet efficaciā reprimendi dyabolum.

¶ Per quē debet quis exorcizari? R. q̄ p sacerdotē. de conse.dist.iij. sacerdotes. & de hoc vide.s. Catbecismus. quia idem est.

Expense tam in cibarijs q̄ in vestib⁹ debēt fieri ꝑm dignitatē illius cui sunt p̄standę: & facultates illius q̄ debet p̄stare: hoc colligit̄ in.l.habitatio.ff.de uē.in pos.mit.& in.l. sed & siq̄dem §.j.in ver. vestiri.ff.de vsufru. Et ꝓptereq̄ dicit Bal. in.d.§.j. q̄ abbas debet melius vestiri q̄z monachus magister in theologia q̄ alij fratres. doctor q̄z scolar. Et idē dic de cibarijs p elegantē doc. Bal.in.l.j.C.de

¶ Utrū ille q̄ aliū vulnerauit teneatur (epi.audi. 1
ad expēsas? R.q̄ sic ad oīmes q̄s p curatione fecit. vt .ff.si qua pau.fe.di.l.ex hac. & ff.d bis q̄ dic. vel effu. .l.vl. vide glo.in.c.si q̄s mēbroꝝ.xxiij.q.vl. & in.c.j.de

¶ Utrū in extimādis facultatibus sit ba (iniurijs. 2
benda rō expensaꝝ? R.q̄ sic. vt no.glo.in.c.q̄m.d vi. & ho.cle.vij illi fructus extimandi sunt q̄ supsunt deductis expensis.C.de fru.& li.expen.l.j.

¶ Utrū expense facte in re aliena sunt attendende? R. 3
q̄ aut erat possessor male fidei. & sic de rigore iuris nō poterit hre nisi solū illas q̄s fecit gra fructuū querendoꝝ. cōgregādoꝝ aut ꝑseruandoꝝ: q̄z etiā a male fidei possessore deducunt̄. vt in.l.si a pre. §. fruct⁹.ff.de pe.here.& l.plane.in fi.ibidez. & in.d.l.j. als si q̄s fecit amittit. vt.l.ex argēto.ff. de ꝑdi.fur.& insti. de rerū di. .§. ex diuerso. Sed in foro ꝑsciētie. ꝑm Mo.ti. Usura. v. poterit etiā repetere eas q̄s fecit ad ꝑseruatiōez rei. vt pascēdo equū & hmōi. vel ad oportunā melioratione: vt curādo aniāl morbosum: nutriēdo porcū & hmōi. Et placet p rōnē dictarū legū. Sal̄ dic de eo qui scripsit vel pinxit in re aliena seu edificauit: q̄ in ꝑsciētia poterit petere: & ille in cuius re expēsas fecit tenet̄ nō in q̄ntuꝫ expensa valet: ꝫ solum in q̄ntū sibi dicta res est plus vtilis arbitrio boni viri. Si aūt erat possessor bone fidei: sic poterit oīmes expensas quas fecit tollere: si sine lesione rei pōt fieri. l. iulian⁹. la. iij. .ff.de rei ven. vel si nō p̄t tolli dōs rei soluet eas. l. in fundo. e. ti. aut vendere ei rem in q̄ expensas fecit. q̄z .ff.d ꝑpe.here.l.si q̄d possessor. §. sicut ante. dicit̄ q̄ q̄s nō dz culpari de administratiōe rei quā tenet vt suā bona fide. Itē dic q̄n fecit credens vtiliter gerere negocium ꝓprii sui. ff. de neg.ge.p totum.

¶ Expense nō veniūt nomine damnoꝝ vel interesse. 4
quia expensa est quā q̄s facit eūdo. redeūdo vel morē familiā tenēdo: aut aduocatis soluendo & hmōi. Damna vo vel interesse sunt in re vel circa rem. & iō qui remittit vnum nō videt̄ remittere aliud. vt de iniur. c. in nostra. in tex. & in glo.

¶ Expense dicunt̄ necessarie. que si facte nō fuissent: 5
perijsset aut facta fuisset deterior res circa quā sunt facte. Utiles sūt q̄ rē meliorē faciūt: & deteriorē fieri nō sinūt. Uolūtarie vo sunt q̄ rē tm̄ ornāt: ꝫ fructū nō augēt. l. impensas. ff. de v̄. sig. Quō aūt debeant̄ q̄n sunt facte in re aliena sciēter & bona fide: vtputa in re locata. babes. j. Locatio. §. xxj. & s. Cōmodatuꝫ. §. xiij. & .s. dos. §. xxv. & j. peculiū. §. xxij.

Experientia facit artē. Inexpientia cassuꝫ. j. metha. Uñ in.c.q̄ sit de ele. li. vj. in pn. dī mgra rex. ff. de le. iij. l. legatus. §. ornatricibus. dī. q̄ ꝑbet cuilibet artificio nutrimētū. & in.c. vt ꝓsidere. l. di. dī. Cogunt eñ multas inuenire medicinas multoꝝ experimenta morboꝝ.

Expositio sacre scripture & canonū ex causa. psona. loco & tēpore debz fieri vt. xxviij. dist. c. sciēdum. & c. se. Quoꝝ modi q̄ me dullitus non indaganť in errorīs laborintū nonnulli intrudendo impingunt̄ cum ante iudicant q̄ intelligant. ante inculpant q̄ iterando lecta perquirāt. hec Isi. & habet̄ in.d.c. sciendum.

¶ Utrū liceat varijs modis sacram scripturam vel iura exponere? R. glo.in.c.quid boc est. l. dist. q̄ ad- 1
uocatus potest varijs modis iura exponere. Quod

limita verū qñ eadē rō legis hoc requirit: aliter nō excusanť: quia vt dicit in.c.intelligentia.de ver.si.intelligētia dictoꝝ ex causis est assumēda dicēdi: quia nō sermoni res: sed rei debet sermo esse subiectus: ꝛ in .c.in his.co.ti.dī. Verba intētioni debēt deseruire.cū suis concor.ibi nō.in glo. Idem dic de sacra scriptura que exponit quatuor modis. Primo ſm hystoriam.hystoria est rei geste narratio. ab hystrion qđ ē videre vel cognoscere: qz apud veteres nemo scribebat hystoriā nisi interfuisset. Scđo allegorice.a leo qđ est aliud ꝛ gore qđ est dicere vel locutio: ꝛ est quādo per vnū factū dat intelligi aliud qđ est credendū. Tertio anagogice.ab ana qđ est sursuz.ꝛ goge qđ est ductio. ꝛ est qñ p vnū factū dat intelligi desiderāduz.s. glia. Quarto tropologice.a tropos qđ ē quersio: ꝛ logos qđ est sermo.ꝛ est qñ p vnū factū dat intelligi faciendum. Et ꝓterea dicit Hiero. in.c.bereſis.xxiij.q.iij. Qui aliter scripturā intelligit q̄ sensus spūs sancti flagitat a quo scriptura est. licz ab ecclesia nō recesserit.tñ hereticus pōt appellari.ꝛ de carnis opibus est eligēs q̄ peiora sunt.hec ille.facit ad hoc.c.relatū.xxxvij.di. quod bene nota.

Expositus filiꝰ infans a patre siue ab alio eo sciente vel ratū habente eo, ipso liberat a patria ptāte. Idē in seruo ꝛ liberto expositis q̄ liberanť a dominica ptāte. Idē i languidis cuiuscūq; etatis sunt expositis.vel si alicui alimēta negari contigerit impie.vt in.c.vnico.de infan.expo. Si vo eo ignorāte vel inuito sit expositus poterit euz repetere: ſ restituet expensas infra.x. dies post eplam ꝓtestatōis factā.vt ibidem nō.ꝛ in.c.fi.lxxxvij.distin.

1 ¶ Utrū recolligens talē expositū acq̄rat aliqđ ius in eo? R. q nō.vt in dictis iuribus.

2 ¶ Utrū expensas factas possit repetere? R. q si sunt alimēta vel causa alimentoꝝ facte: nō repetet nisi in duobus casib? ſm glo.in.d.c.fi. Primus si ꝓtestatus est qvolebat repetere.vt.ff.de ne.gest.l.nēsenni?. Hoc limito nisi esset ꝓsona q̄ ad hoc teneret. sicut ecclesia que tenet alere paupes: qz q̄litercūq; ꝓtestet nō repetet.vt.c.sacroꝝ.xij.q.ij.ꝛ.l.alimēta.¶. de neg.gest. ꝛ qđ ibi nō. Limito scđo q in ꝓsciētia poterit repetere ꝓsonā q̄ ad hoc nō tenebat: licet nō fecerit ꝓtestationē qñ a ꝓncipio habuit animū repetēdi.ar. eoꝝ q̄ nō.j. Lex.§.iiij. Scđs casus est qñ expositus ꝛ collectus nō vult ducere filiam collectoris in vxorē.¶. de nup.l.ꝓem. Si vo sunt alia ab alimētis que expēdit. puta in erudiēdo puero in aliqua arte ꝛ bmōi repetere poterit.¶.de infan.ex.l.j.

3 ¶ Sed nunq̄d excusent p̄dicti exponētes si ex necessitate. puta qz eos alere nō poterant exposuerūt? R. glo.in.d.c.fi.q nō: qz debuit eū mittere in xenonē.scz hospitale.vt.¶. de ca.tol.l.vnica.§.ſ scimus.q si talis locus nō erat: tūc videt glo.dicere q excusat de filio.ſ de vxo nō.p.d.l.vnicā.ꝛ in auť.de nup.§.ꝛ multo potius. Sed ego credo verū quo ad penā p̄dictaz in.§.j.ſ nō quo ad deū: qz q̄tū in ipso est occidit.nisi forte expositio tali modo fieret q nullum periculum exposito immineret.

Expressio qñq; nocet. Uñ.l.nōnunq;.ff.de cōdi.ꝛ de.dicit. Nōnūq; ꝓtingit vt quedā noiatim expressa officiāt. q̄uis omissa tacite intelligi potuissent.nec essent obfutura. inde dictū est.expressa nocēt.nō expressa nō nocent.hec ibi.facit ad hoc.l.si quis.ff.de bere.instī.ꝛ glo.in.c.ꝓsulti. de ꝓcu.ff.de re.iu.l.expressa.

Extimatio rei qñ debeat fieri? R. q tpe cōtractus.vt in.c.cum dilecti.de empt.ꝛ ven.ꝛ in.l.ij.¶.de rescin.ven.

¶ Quātum fieri debeat? R. glo.in auť.de ali.ꝛ empbi. §.sctissimas. q debet fieri ſm redditus quos res extimāda affert.facit tex.ibidē.ꝛ in auť.de ecc.ti.§.si aūt annale.ꝛ tex.in.l.si q̄s.¶.de rescin. ven. 1

¶ Qualiter fiet ſm redditus? R. q tantū debet valere res quot fructus ꝓducit in.xxv.annis.vel si est res que debet ecclesie.in.xxxv.annis. vt in.d.§. si añ annale.vbi est tex.de.xxxv.annis.ꝛ ibi.nō. 2

¶ Quid si res est nō fructuosa? R. q extimabit ſm q cōiter appreciat.l.ꝓcia.in ꝓn.ff.ad.l.fal. Et hoc habet locū bodie cōiter in oibus rebus. ꝛ q dī.res tātū valet q̄tum vendi pōt.p.l.j.§.si beres.ff.ad treb.ꝛ.l. querebat.ff.ad.l.fal. ꝛ.l.si q̄s vxoi.§.vl.ff.de fur. dz intelligi verū nō habito respectu ad affectionē singulariū ꝓsonaꝝ sed cōmuniū.vt in.d.l.ꝓcia.nisi affectio esset rationabilis respectu extimātis. ꝺ quo dic vt.s. Emptio.§.vij.ꝛ.ix. 3

¶ Utrū extimatio faciat venditionē? R. q sic in duobus casibus. Prim? cuz eo anio fit extimatio vt ipsa protestet.secus si fiat vt appareat q̄nti res sit facta deterioꝝ.vt.l.si inter virū.¶. de iur.do. qđ tunc apparet qñ in pacto est vt transacto certo tpe res q̄ extimata data est reddat: qz tunc non facit vēditionem.vt.d.l. si inter. Scđs casus est qñ res simplr dat extimata in cōtractu.de cuius natura est vt trāsferat dñiuz. vt in .l.quotiens.ꝛ.l.plerumq;.ff.de iur.do.ꝛ.l.extimatio.ff. so.ma. Exemplum.mulier vedit rem extimatā.c.vxo suo censebit vir emisse. Fallit boc qñ natura ꝓtract? repugnat vt faciat venditionē.vt in.l.ſuos.ff.fa.ber. Exemplū.ego ꝛ tu sum? beredes ꝛ facim? extimationem de hereditate: tunc nō facit venditionem. 4

¶ Utrū extimatio faciat transire periculum in accipientem. vide.s.Casus.§.vj. 5

Extrema vnctio. vide.j.vnctio extrema.

5 ¶Quot modis acquiriē feudū? R. ꝑm Bo. q̄ quattuoz modis. Primo p̄ inuestituraꝫ dando sibi possessionē corpalem. Scō p̄ aliquod equiualēs inuestiture: sicut cū dōs dicit vade in possessionē talis fundi z tene ꝓ feudo. Tercio p̄ ꝓscriptionē talis fundi. vt si xxx. annis tenuit feudum z dño seruiuit. licet inuestitus nō fuerit. Quarto per successionem.

6 ¶Quis succedit in feudo? R. Bal. de his q̄ feu. da. pos. §. z q̄. q̄ hic reperiē tale capitulū. Fideli absq̄ liberis ex se descendētibus z in feudū succedentib⁹. si quidē feudū fuit cōis parētis frēs defuncti cum filijs p̄moztuoz̄ fratrū in stirpē succedāt. bis vō nō extātibus ad agnatos ꝓximioz̄es id volumus ptinere. et si quidē in pari gradu sunt pariter admittunē. si vō ex vno est vnus z ex alio plures nō in stirpē sed in capita succedere debere ordinamus. hec ibi.

7 ¶Utrū femina succedat? R. Bal. in. d. §. z q̄. dicit glo. hic. q̄ nō nisi in tribus casibus. Primo q̄n nominata est inuestitura. Scō q̄n feudū redemit a dño. Tercio q̄n dōs ei dedit ꝓpter seruitiū p̄is. in quibus casibus ab aliquo ex parētibus nō est inquietāda. vt in. c. si quis sine filio mas. quē ad feu. ad fi. p. Adde q̄r tū si feudū sit datū ad nullū seruitiū. q̄ nō extātibus masculis succedet femina ꝑm Bal. in. d. §. z q̄. Quātum q̄n feudum erat q̄sitū iure emptionis ꝑm odof. in sum. sua. potius ex natura ꝓtractus q̄z feudi.

8 ¶Utrū ꝓcesso feudo ticio ꝓ se z descēdētibus filijs masculis z feminis filiabus filia simul cū masculo supstite admittaē? R. Bal. in R. epm vel ab. aut abba. feu. da. nō pos. §. cū etiā. q̄ nō. sed masculus solū. q̄ natura feudi est vt ꝓferaē masculus. Et si postea filius decedit sine filio: nō admitteret femina sozoz ꝓmoztui fratris. q̄ semel excluſa fuit p̄ masculū. z ido reuertiē ad dōm. Quod verū est in feudo simplici et recto. secus in feudo cōcesso ad certum seruitiū qō se mina posset explicare per se vel per aliū. q̄ tūc admittetur cum masculo simul. ff. de vsufru. accre. l. si quis ticio. z l. si mulieri. ꝑm Ja. de bel. qui dicit q̄ fuit in facto in regno apulie. Ex q̄ infert Bal. q̄ statutū excludens feminā extāte masculo semel excluſam non amplius succedere nisi vt fratri habet succedere: non vt patri moztuo sine masculo.

9 ¶Utrū clericus succedat in feudo? R. vt colligo ex diuersitate opi. ꝓ ꝓcordia. q̄ aut feudū erat sibi apertū. z tūc si ꝓmoueaē ad sacros ordines: sic renūciare videē. q̄ trāsit ad statū incōpatibilē. facit. c. de multa. de p̄bē. z de. gr̄a ō rescrip. Nec poterit isto casu seruire p̄ substitutū: nisi eēt feudū ex q̄ ꝓstaret solū seruitium rele qō nō ē ꝓprie feudū: vel feudū ex q̄ ꝓstaretur seruitiū qō nō repugnat ei⁹ ordini. q̄ tūc succedet. eo q̄ ꝓ clericatū nō ꝓdunē iura successionis. xij. q. iij. c. j. cū si. Si vō ꝓmoueē solū ad minoz̄es ordines succedet. q̄ pōt seruire p̄ substitutū. vt vult glo. in. c. j. de bene. fe. Aut feudū nō erat sibi aptū. puta q̄ erant tres frēs. z ꝓmogenit⁹ possidebat feudū. z ipe erat vltim⁹ q̄ effect⁹ ē cardinal. Postea moztui sunt alij frēs sine herede z tūc succedit. q̄ non pōt dici q̄ habuerit animū renūciādi nec etiā facultatē. z tūc de eōtate iuris admittē q̄ possit seruire p̄ substitutū. licet secus de iuris rigoze: nisi tale eēt seruitiū qō de sui natura posset p̄ quēlibet explicari. q̄ tūc etiā de iuris rigoze succedit. ar. l. ꝓtinu⁹. §. si. ab eo. ff. de ver. ob. Et hec est determinatio Bal. in. l. quisquis. C. de epi. z cle.

¶Quid si efficitur religiosus q̄s succedet? R. Odo, fre. z Oldr. in aūē. ingressi. C. de sacrosan. ec. q̄ trāsit ad monasteriū eo mō q̄ erat penes ingressum. l. si q̄s p̄bz. C. de epi. z Cle. Inno. in. c. in p̄ntia. de ꝓba. limitat verum si seruitū ad qō teneē pōt p̄stari ab eccl̄ia. al's ad dōm reuerteē. C. de ca. tol. l. vnica. §. ne autez. Albe. in. d. aūē. tenet q̄ ꝑm ius ꝓsuetudinis feudoz̄ reuertiē ad dōm indistincte. vt ē casus si de feu. ꝓtrofue. c. q̄ cleric⁹. z de vasallo milite q̄ be. arma. de. c. j. 10

¶Sed q̄d si p̄ obtinuit ꝓ se z suis heredib⁹ z successoribus q̄buscūq̄z trāsibit ne ad extraneū vel legatariū vel clericū? R. Bal. in. l. j. ff. de re. di. z sequit Ludo. de roma. in. l. id tps. §. j. ff. de vsuca. q̄ sic. sed ipse Bal. in. c. j. §. donare. ti. q̄liter olim feu. po. ali. corrigit se z dicit. q̄ dictio q̄buscūq̄z. intelligiē de succedētib⁹ ab intestato. ar. l. si q̄n. C. de inof. testa. Ubi dic q̄ nō veniet extraneus. Rō. q̄ res nō dz regulari ꝑm naturā ꝓtractus. s ꝓtractus ipe ꝑm naturā rei deducte in eo. vt. l. stipulatio ista. §. q̄sitū. ff. de v̄. ob. vbi lz stipulatio sit trāsmissibil' in herede de sui nā. vt in. l. veteris. C. de ꝓbē. stip. tñ nō trāsmittiē q̄n res in ea deducta nō est trāsmissibilis: vt est videre in feudo. nec legatarius etiā veniet nec clericus. Et sic dictio q̄buscunq̄z. restringiē p̄ nō. in. l. j. C. de sacrosan. ec. z p̄ Ja. de are. in. l. j. §. itē nūciatio. ff. de no. ope. nūci. Limita tñ de clerico ꝑm q̄ dixi. s. in. q. ix. 11

¶Sed nunq̄d succedet frater vel filij? fratris q̄n q̄s fuit de nouo bñficio inuestitus si decedit sine liberis? R. q̄ nō: sed ad dōm reuertetur. vt in. titu. de nā succ. feu. Et qō dictū est. s. q̄ deficientib⁹ filijs veniūt agnati. intelligiē de feudo acq̄sito ab antiquo. i. ab eo q̄ fuit cōmunis parens totius cognationis. 12

¶Utrū vasallus possit vni ex filijs ꝓlegare totū ius feudi? R. Bal. in ti. de ꝓhi. feu. alie. q̄ nō vllo mō nisi de volūtate z ꝓsensu filioz̄. q̄ lex feudoz̄ dictat q̄ ad oēs equaliter pueniat vt in ti. qui feu. da. po. §. s cū. hoc limita nisi sit ducatus vel marchionatus z hmōi qui debeē ꝓmogenito solū. Ja. tñ lotharius tenet. q̄ illud. c. j. de suc. feu. vbi dicit q̄ vltima volūtas vasalli nihil valet in feudis: limitat ad eā dispositionez q̄ est vltima voluntas. secus in stipulatione. q̄ in coherentib⁹ ꝓsone p̄ pōt stipulari vni coheredū. vt. ff. de pac. l. auus. Et sic posset assignare in totum. ar. l. filio. §. fi. ff. de ri. nup. cū multis alijs. 13

¶Utrū feudum possit dari in dotē? R. glo. in. c. si. de feu. q̄ sic ad tps vite feudatarij z non plus. 14

¶Utrū vasallus valeat grauare filiū heredem: vt de vino quod educitur de vinea feudali det omni anno p̄ro aīa sua? R. Bal. in ti. de suc. feu. c. j. q̄ sic. q̄ testatur de fructibus non de feudo. qui fructus sunt res 15

ꝓprie heredis. vñ non dr alienatio feudi qñ alienanꝫ truct⁹ sepati.ff.de dona.l.in edibus.§.ex rebus.

16 ¶Ad quid obligaꝫ vasallus dño? R. q ad sex q̄ nō. de vsi.feu.c.j.de for.fi.t.xxij.q.v.de forma.t de iureiu. ego. Primū ne sit ei in aliqd dānū corpis sui.t q impediat ꝑ posse. Scōm ne damnū in tpalibus faciat vel vtilitatē impediat. Tercū ne tractat ei difficile vl̄ impossibile qd facere eū velle videt. Quartū ne reuelet eius secreta p q̄ vel minus tutus vel nocere ei possit. Quintū ne sit ꝓtra eius iusticiā vel bonestatē. scz maculando vxorē vel filiā ei⁹ vel famā dicto. facto vl̄ ꝓsensu. Sextū vt fideliter ei ꝑbeat ꝓsiliū. auxiliū t fauorē. Adde septimū q teneꝫ iurare fidelitatē nisi ex pacto sit remissum. Formā aūt iuramēti ponit Ho. sic. Ego. N. iuro sup sctā dei euangelia: q ab hac hora in antea vsq; ad vltimū diē vite mee ero fideꝫ tibi. C. dño meo ꝑ quēcunq; excepto impatore vel rege. Intellige in causa iusta. t etiā debet excipere si habet alium dominū antiquiorē. Adde octauū q teneꝫ ꝑm q ꝓuentū est vel natura feudi t regionis ipsius seu consuetudo requirit.

17 ¶Sz q̄d si dñs moriēs reliquit plures filios vtrū iurabit oibus? R. q sic: si oēs equaliter succedunt. Ho. tñ tenet q nō. § solū vni. silr iurabūt oēs filij seu heredes vasalli si feudū indiuisum bñt. Si vo ad vnū peruenit ille solus iurabit.

18 ¶Utrū vasallus possit per aliū seruire? R. Bal. in.c. mutus. cpm. vel abba. feu. da. nō pos. q si seruitiū debet fieri principi: vel non pōt fieri p substitutū: nisi de voluntate ꝓncipis. vt. C. de mutile. l. si q̄s ex corpe. et ideo si incurrit talis infirmitas q seruitum exhibere nō pōt ꝓdet feudū nisi cēt a casu fortuito sine culpa p cedēte: vtputa q a latronibus cecatus. q tūc nō perdet ne deꝫ afflictio afflicto. ar. C. de fur. auē. naui. t C. de epi. audi. l. tam dementis.

¶Quō amittit feudū? R. q. xij. modis. Primus si
19 vasallus efficit clericus vel religiosus. de q̄ dic vt. s. in. q. ix. t facit. xxiij. q. viij. §. j. q. arma nō portat. Secundus si heres vasalli steterit p annū t diē q nō petierit a dño inuestiturā feudi. Intellige hic t in sequēti si est maior. xiij. annis vel puella. xij. vt nō. in. c. veritatis. de iureiur. p Pa. Tercius si vasallus mortuo dño ab eius heredib⁹ infra tps p̄dictū inuestiturā nō petierit. de q̄bus duobus hr in q̄. ca. feu. amit. c. j. Sz p̄dicta limita qñ iurauit psone solū vt cum dicit. iuro tibi. Secus si iurasset sibi t successoribus vel sub nomine dignitatis. q nō teneꝫ amplius iurare successoribus nisi magna lōginq̄tate periret memoria. vt no. Pa. in. d. c. veritatis. Itē nisi esset miles. q bz annū t mēsem. Itē nisi iusta causa eū impedierit. vt hr de phi. feu. ali. p lotharīū. c. qñ inter dñm. Quartus cū vasallus tribus vicibus requisitus cora paribꝰ t huiusmodi fidelitatē iurare noluerit. q̄uis dñs sit paratus facere inuestiturā. Quintus si vasallus interficit ꝓximum germanū suū. vel filiū germani sui. vel aliud cōmiserit q̄ paricida nuncupari possit vt totā heredi-tatē bret. Sextus si vasallus dimittit dñm in plio nō mortuū. vel ad mortē vulneratū. Septimꝰ ꝓpter multas causas ingratitudinis q̄ enumerātur q̄. mo. feu. amit. c. j. t. ij. t de feu. si col. nō amit. c. j. t. ij. puta concubuit cum vxore. filia vel sorore t bmōi. Octauus si scienter negauerit feudū vel partem aut conditiones eius. secus si ignoranter. Nonus si infeudauerit feudum alia lege q̄z ea quā habet ipse vel in talē vasallū q̄ feudum seruare nō pōt. Decimus si dñm accusauerit aut testimoniū ꝓ eū tulerit in cā criminali. Et q̄dā dicūt etiā in causa ciuili. Undecimus si vocatus a dōmino q secū vadat in expeditione publica. puta vocatus ab impatore vt secū vadat ꝓ corona suscipienda t bmōi non venerit. nec aliū acceptū dño miserit. vel stipēdia militie nō dederit. Duodecimus si feudū alienauerit. Isti casus habenꝫ in sum. Ho. e. ti.

¶Sz quer̄ an alienās feudū sine ꝓsensu dñi ipo facto cadat? R. Pa. in. c. vl. de feu. q sic. t pōt sine alia 20
sinia expelli t alteri ꝓferri. et q si alienādo diserat. saluo iure dñij ꝑm Bal. q̄ sit cā bñ amit. c. j. q: factū sequēs est ꝓtrariū. ar. c. cā te. de iureiu. t qd nō. ibi. Secus si dixisset. t aliter vel alio mō non intēdo. q operaꝫ vt dño ꝓtradicēte nō videaꝫ facta alienatio. Et hoc verum nisi aliqua captio dño posset interuenire. puta daret castellum tali quē dominus expellere postea non posset.

¶Quid si nō alienat nisi partē? R. Jo. an. quē sequi
21 tur Pa. vbi. §. q solū perdit illā partē quā alienauit. etiā si cēt maior ps. de ꝓhi. feu. ali. impialē. §. j.

¶An possit alienare ꝓ aia? R. q nō. neq; legare. neq; disponere ꝓ aia. vt in. c. j. q̄liter feu. alie. lz. nec etiā
22 de iure canonico ꝑm Ho. in sum. de immu. eccle.

¶Quid si alienat suas ꝓmoditates ad tps longissimū? R. Bal. in ti. de pace ꝓstan. in fir. in. viij. carta. q
23 nō cadit: dūmō actū sit q dñium vtile nō trāseat. alī. glo. singularē. in. l. condicillus. §. instituto. ff. de le. ij. Idē dicit in empbiteota. Idem tenet Bar. in. d. §. instituto. vbi dicit q vendēs fructꝰ dom⁹ ad centū annos nō videꝫ alienare. § nō placet. Sz si vult alienare faciat sic. Uēdo vel ꝓcedo fructꝰ vel ipam ꝓceptionē fructuū: cū b si dño placuerit vel dñs nō reuocauerit. Et sic saluo t saluato honore t iurisditione t consensu dñi. t si de iure possum nec aliter nec alio mō. Si aūt dño nō placuerit vel nō ꝓsenserit vel reuocauerit vel de iure nō possum res sit inempta. vel vēditio vel alienatio sit irrita: t ipo iure nulla t sic erit tutissima cautela nisi sit captio dñi vt dixi.

¶Utrū possit pignori dare? R. Pa. vbi. §. q nō. q q̄
24 ꝓhibenꝫ alienari gñaliter a lege vel p testatorē vel p pactū ꝓbentiū ꝓhibenꝫ pignori dari. l. fi. C. de re. ec. nō ali. Secus si a iudice. l. in quoꝝ. ff. de pig. Rō q: p constitutionē pignoris defacili peruenit ad distractionē rei. Et ꝓpterea vno ꝓhibito ꝓhibeꝫ oīne p quod peruenitur ad illud. l. ozo. ff. de ꝑon. cū concor. ibi in glo. positis.

¶Ad quē reuertet feudū vasallo ꝓuato? R. Bar. q̄
25 mo. feu. ami. §. aut si libellario. q si ꝓuaꝫ ex dolo cōmisso in ꝑsona dñi ad dñm reuertit: vt q̄ sit ꝓxima cā ami. bñ. c. j. §. denicq;. Qñ vo delinquit extra ꝑsonam tūc veniūt agnati t non dñs. Qñ vo ex cā alienationis. tūc sunt opi. sed Bal. ibidē dicit. q si fecit in fraudem agnatoꝝ: tūc ipi agnati veniūt nō dñs. Si vo nō in fraudē fecit: tūc reuertit ad dñm. tū vel agnati. immo etiā filia masculis nō existentib⁹ debet redimere a dño. t cogit dñs eos inuestire vt de bis qui feu. da. pos. §. cū vo. Qd intellige si feudū non erat nouū ꝑm Ja. de bel. Bar. tñ vt recitat Pa. vbi. §. in. l. eū. ff. de inter. t releg. t in. l. vt iureiurādi. §. si liberi. ff. d oper. li. dicit q si pr̄ cōmisit delictū ꝓpter qd directe venit ꝓuandus feudo. q alienauit t bmōi. vel cōmisit aliquid ꝓtra tenorē iuramēti. tūc nocet filio etiam si ꝓcessisset ab anteriori generatione. ar. in. l. j. ff. si q̄s alite. p. t in. l. ratio. §. fi. ff. de bo. ꝓscrip. vbi ptz q si q̄s ꝓhibuerit aliquē testari: vel interfecit ꝓsanguineum

cui debebat succedere ab intestato: fiscus occupat hereditatē. nec veniūt alīq̄ psanguinei qui sunt ꝓhibēti vel occidēti gradus inferioris. vt ibi ptz cum nō. Si vo delictū no est ꝓpter qđ directe sit puādus ꝙ ꝙ quādam psequentiā. puta q; damnat ꝓpter aliquod maleficium: ita q; eius bona veniunt publicanda: tūc ꝓcedat distinctio Dy. in regula nō debet li. vj. qui distinguit & tenet. q; si feudum a patris psona habuit originem nocet filio. Secus si est a genere vlteriori. q; tūc nō nocet. Cum q̄ distinctione trāsit Jo. an. & vo. Anto. i. d. c. fi. de feu. Distinctio tñ Bal. mihi videt eq̄or.

26 ¶ Utrū vno legatario deficiente accrescat feudū alteri: R. Pa. vbi. s. q non: nisi fuisset expressum. vide Bar. in l. si mihi. ff. de v. ob.

27 ¶ Utrū masculus vasalli mei sit meus vasallus: R. q non: sicut nec libertus liberti mei est meus libert⁹. ff. ꝓ socio. l. nam socij.

28 ¶ Utrū filius repudiata hereditate patris possit feudum tenere: R. ꝝm Bo. q nō. Sed aut totum debet retinere aut totum repudiare: nisi dñs de nouo beneficio inuestiat agnatis psentientib⁹. Agnati vo bene possunt feudum retinere repudiata hereditate. vt in psti. Fe. an agna. vel fi. defun. re. be. pos. feu. re. c. si cō tingeret.

29 ¶ Utrū vasallus inuito dño possit refutare feudum: R. ꝝm Jo. de imol. in c. j. de feu. q nō. alle. glo. singulare in c. fi. de capi. q̄ cu. vē. & pa. in. d. c. j. Idem tenet glo. in c. q̄ in ecclesiarū. de consti. Bar. vo in l. is cū q̄ ff. de aq̄ plu. ar. & dy. psi. xliij. & Ja. de bel. in. d. c. fi. sic pcludunt. q; si est datum ad certum seruitiū: nō pōt. Si vo ad seruitiū incertum: tūc pōt añq̄ illud seruitium sit indictū. q; nondū est purificata obligatio. facit in silī glo. in l. incola. ff. ad munici. nisi iurasset specifice nō posse refutare ꝝm Bal. in l. pludūs feu. Fallit si dñs esset in pūlio. & tūc vellet refutare. q; dñs tūc nō posset sibi ꝓuidere de equali vasallo. ar. l. filie mee. ff. so. ma. Nam cedere feudo est q̄ddam diuortium. et non valet nisi possit consuli indēnitati dñi Bo. in c. vno. de va. qui ꝓtra consti. lo. feu. ali. tenet q; pōt. Sz tu tene opi. bar.

30 ¶ Utrū dñs teneat vicē repēdere vasallo fideli: R. q; sic. als censebit malefidus. vt in li. feu. de for. fi. c. j. in fi. facit. xxij. q. v. de forma. xcv. di. esto subiectus. et debet priuari feudo ꝓ superiorem si perfide se habeat contra vasallum suum.

31 ¶ Utrū ecclesia possit sine vsura recipere in pignus feudū & facere fructus suos: R. ꝝm c. j. de feu. q; sic. dūmō interim nō recipiat seruitiū a vasallo. Et istud habet locū etiā in feudo laicali ꝝm cōiter doc. Et licet glo. ibi sit ꝓtraria nō curabis de ea. dicit tñ Car. ibidē quē sequit. d. Bu. & cōiter alij. q; si feudū esset liberuz non posset retinere fructus. q; ꝓfatum. c. j. intelligitur qñ non est liberū. Sed iudicio meo nō habuit respectū ad seruitiū. q; cōiter seruitiū non tantū valet q̄tū fructus feudi. aliter nō esset bñficium feudū. Et ideo mihi videt saluo meliori iudicio q; tex. fundauerit se sup naturā feudi: que est vt dñium rectum remaneat apud dñm & vtile penes vasallū. sed cum obligatione salte fidelitatis licet nullū seruitiū sit debitū. Et iō dimissa obligatione de ꝓsensu ipius vasalli ꝓsolidat ipm dñium vtile cū directo. nō ex aliena re ꝙ ꝓpria. et sic nō oportet attēdere an sit liberū vel ne. ꝙ q; nullo mō retineat eū obligatū ad aliqđ. Et sic declaret q; interim est absolut⁹ ab oibus rōne feudi debitis.

32 ¶ Quid si dñs recipit interim seruitiū a vasallo: R. q; si vasallus facit talīq̄ ex debito: tunc fructus tenet restituere nisi ꝓtestet. ar. in l. ij. C. de iu. do. & in. c. cū. M. de ꝓsti. Secus cēt si ex liberalitate scies se nō teneri vasallus exhibet consueta seruitia.

¶ Utrum idē sit in emphiteosi & locatione: R. q; sic. 2
vñ Spe. in ti. de feu. §. qñ. vo. xl. q; feudū & ꝓtract⁹ emphiteoticus & liuelari⁹ sunt eiusdem nature. Et dicit bal. in ꝓfata. viij. carta in ti. de pa. pstā. verū in feudis in quibus non debet seruitiū: sed certa q̄ntitas pecunie. vini & hmōi. als nō. Sz quo ad hoc nō video q̄n liceat recipere fructus liberādo a seruitio rōne tā dicta. lz Jo. an. & Bo. & alij. dixerint indigere declarati one papali sed nō placet. Et dico q; vbicunq; lex feudalis nō est ꝓtra iuris ciuilis aut naturalis rōnez habet locū in emphiteosi. als nō. vt tenet Bar. in l. si mihi & ticio. ff. de v. ob. & Bal. in. c. j. de inue. de re. alie. fac. Aduerte etiā in pscientia. q; meliorationes q̄ cōiter in ꝓtractu emphiteotico fiunt non posset rōe mutui tenere. Ideo ꝓfata oia limito tā in b dubio q̄n añ pcedēti de feudo & emphiteosi vbi melioratio non est facta q; tūc licet. Jtē qñ est a cā libera. q; si exbursasset q̄ntitatē pecunie vel q̄d aliud dño pro ipso habendo sic non liceret quando fructus disproportionarentur a seruitio siue a fictu. Quod bene no. quia pauci aduertunt.

¶ Utrū idē sit in vsufructuario obligāte ꝓprietario: 34
R. ꝝm Bo. in sum. q; sic si bz a cā libera a ꝓprietario. als nō vbi fruct⁹ disproportionant a seruitio.

Jctio vide. j. Simulatio. Et quomodo fictio iuris valet & quando.
f vide. s. Consensus. §. iij.

Fideicōmissum & mortis cā donatio legatoz appellatione ptinent. ff. de le. iij. & l. si fideicōmissum. sed fideicōmissum ideo factū est. q; fidei cōmissa olim petebātur ex fide heredū. sed bodie fere exequata sunt fideicōmissa & legata. habēt tñ aliquas differētias. de quibus vide in glo. d. l. & si fideicōmissum. & quod ibi nō. & est tex. in l. j. ff. de lega. j.

Fideiussor est q̄ ꝓ alienis debitis intercedit. & differt a mādatore. q; mādator interuenit a principio. fideiussor vero pōt accedere tā ante factū q̄m post. vt bī in aut. pñte. C. de fide ius. ꝓterea tā i. ff. q̄m in. C. eo. ti. addit & mādatorib⁹.

¶ Fideiussio nō tenet qñ est accessoria ei qđ nō tenet 1
glo. in c. ḡuis. de cēsi. cū ꝓcor. ibi positis.

¶ Quis pōt fideiubere: R. q; quilibet q̄ habet liberā 2
administrationē suoz bonorum.

¶ Utrū mulier possit fideiubere pro viro: R. q; non. 3
& si fecit non tenet ipso iure. l. ij. in glo. ff. ad senatusconsultum velle.

¶ Utrū mulier possit fideiubere ꝓ altero: R. q; non. 4
ꝝm q; nō. in l. q̄uis. ff. ad velle. Et ꝝm q; ibi distinguitur: ponunt sex casus in quib⁹ mulier pōt fideiubere Primus qñ fideiubet pro pcio dando vt quis manumittat seruū. Secus qñ ꝓ dote alicui⁹ mulieris. Tercius qñ renūciauit bñficio velleiano certiorata de eo. Quartus qñ accepit pcīū ꝓ fideiubendo vel aliquid loco pcij. Quintus qñ in fraudē fideiussit vt deciperet. Sextus qñ pignus vel fideiussorē ꝓ alio dedit. & post biennīū a dicta cautione numerandū iterū ad idē se obligauit. & pignus vel fideiussorē dedit. Secus si infra biennīū psensit. q; non valeret.

¶ Utrū clericus possit esse fideiussor: R. q; pro laico 5
nullo mō potest. & si facit est abq̄ciēdus. vt in. c. j. de

deiuſ. Sed aliqui limitant in frequētia fideiuſſionis ꝓpter verbū inſeruiēs.in.d.c.poſitū qđ notat frequētiā.i.valde ſeruiēs.ſicut ⁊ ponit in.l.gallus.ff.ille cauſus indifficilis.i.valde officilis.ff.de libe.⁊ poſt. Sed mihi videt ꝙ nullo mō debeat fideiuſſor eſſe ꝓ laicis vt.xj.q.j.te quidē.in tex. ⁊ in gl. niſi in cā neceſſitatis in quo ſicut obligat ſubuenire indigēti. vt.xij.q.j.videtes.ſic ⁊ fideiubere.Et ꝺ tenet glo.in.d.c.te quidē. ⁊ glo.i.c.pe.eo.ti.ſed ꝓ eccl'ia vel ꝓ alio clerico bñ ꝑt fideiubere.vt in.c.ij.eo.ti.⁊ in.d.glo.d.c.te quidē.

6 ¶Sed nūqđ obligat ſi fideiuſſerit? R. ꝙ ſic. vt in.c. penult.⁊ in.c.conſtitutus.eo.ti.Limitat tñ Hoſ.ꝙ ſolum tenet de ꝑtimonio ſuo vel de redditib⁹ bñficijs quos facit ſuos.nō aūt in ꝑiudiciū eccleſie. Archi. in c.ſtatutū.de reſcrip.li.vj. tenet.ꝙ nec etiā de fructib⁹ beneficij.Sed cōmunis opi. eſt in contrariū. et cum opi.Hoſt.⁊ ſic tene.

7 ¶Utrū religioſus poſſit fideiubere? R.ꝙ nō.vt in.c. pe.eo.ti.nec etiam ſi eſſet abbas: niſi hoc fiat de maioris parꝫ quētus.capituli ⁊ abbatis licētia: vt ibidē.

8 ¶Utrū beres fideiuſſoris obligeꝫ ſicut fideiuſſor? R. ꝙ ſic.l.pōt accipi.ff.de fideiuſ.

9 ¶Utrū fideiuſſor q̄ ꝓmiſerat aliquē pñtare libereꝫ ſi talis ꝓ q̄ fideiuſſit poſt fideiuſſionē cōmiſit capitale crimē ꝓpter qđ fuit ꝺdēnatus ad mortē vel bānitus ⁊ fugit? R.ꝙ ſic.vt eſt caſus in.l.§ ⁊ ſi q̄s rei.ff. ſi q̄s cau.in pn. ⁊ nō.in.l.ſi deceſſerit.ff. q̄ ſatiſda. cog. Et ibi dī ꝙ do.Albe.cū fideiuſſiſſet ꝓ quodā ſcholari bononie accuſato de quodā maleficio de eo pñtando ſub pena mille librarū.poſt quā fideiuſſionē accuſatus fuit pfatus ſcholaris ab alio de alio maleficio q̄ fugit.⁊ nō cōparēs citatus fuit bānitus ⁊ diffidat⁹ ſm conſuetudinē bononie ⁊ cōdēnatus ad mortē. poſt quā ꝺdēnationē obtinuit ꝙ nō erat obligatus ſue fideiuſſioni.Et hoc verū niſi fideiuſſor eſſet in dolo vl' lata culpa reſpectu maleficij poſtea ꝑpetrati.qz ī ꝓſcientia teneret ad reſtitutionē bāni ꝓmi.al's non.

10 ¶Utrū fideiuſſor rei decapitādi cui dictus reus fuerat aſſignatus ⁊ fugit ſit ipſe decapitādus? R. Cy. in l.ad cōmentariēſem.C.de cuſto.reo.⁊ Bar.in.l.ſi q̄s reū.ff.de cuſto.reo.ꝙ non: ſ pecunialiter puniet.Rō. qz nemo pōt ſe obligare ex ꝓtractu ad penā capitalē. qz nemo eſt dñs membroꝝ ſuoꝝ.xxiij.q.v. ſi nō licet. ⁊ in.l.liber bō.ff.ad.l.aq̄. Si tñ fuerit in dolo puniet pena arbitraria.vt nō.in dictis locis. ⁊ in glo.c.cū bō xxiij.q.v. Nec ob.d.l.ad cōmentarienſem. qz loquit de illo q̄ habet ex officio cuſtodiā.q̄ punit eadē pena qua erat puniēdus incarceratus ſi eſt in dolo fuge vl' in negligentia.vt ibi.nō.

11 ¶Utrū poſſit q̄s interponere fideiuſſorē in cā criminali? R. Pa.in rubꝛica de fideiuſſ.ꝙ ſi nō venit impo nenda corꝑalis pena pōt.al's non.Et ſic intellige.c. ſi clericus.de ſen.ex.li.vj.facit.d.l.ſi q̄s ſeruū.iūcta.l. di uus pius.ff.de cuſto.reo. ⁊ eſt bonus tex.in.d.c. cum bō.⁊ ibi etiam glo.Fallit in muliere. de quo dic vt in auten.vt nulli iudi.§.neceſſarium.

12 ¶Utrū cū plures inſolidū ſunt fideiuſſores debeat diuidi debitū inter eos? R. Pa.in.c. peruenit.e.ti. ꝙ ſic.ſi ſunt oēs pñtes ⁊ ſoluēdo ⁊ hoc poſtulēt ante litem conteſta.ff.de fideiuſ.l.ſi dubitet.§.j. Et iſtud eſt beneficiū diui adria.poſituꝫ.C.de conſti.pecu.l. diui adriani.⁊ habes in effectu.inſti.eo.ti.§.ſi plures. Et hoc verū niſi huic bñficio renūciaſſent.

13 ¶Utrū pñte debitore principali et indiſcuſſo poſſit conueniri fideiuſſor? R.ꝙ non.vt in auth. pñte.C. eo. ti.etiam ſm Pa.in.d.c. peruenit. ſi conſtituerit ſe pn cipalem debitorem: vt fit cōiter hodie. Et hoc eſt verū: niſi renūciauerit huic beneficio. vt.C. de duo.reis ſtip.auth.hoc ita.⁊ niſi debitor notorie ſit non ſoluendo.vel nō poſſit ꝓueniri.vt in.d.auth.pſente.

¶Utrū creditor teneat cedere actiones ſuas fideiuſ 14
ſori? R.ꝙ ſic. Intellige q̄s habet cōtra eū ꝓ ꝓ fideiuſſit.aliter pōt ei denegare ſolutionē debiti.vt.l.modeſtinus.ff.de ſo.⁊ l.ſi.de fideiuſſo.ff.eo.

¶Utrū debitor teneat ſatiſfacere fideiuſſori de omni 15
damno? R.ꝙ ſic. Intellige qđ ei euenit ex ſua culpa ꝓpter fideiuſſionē.c.ij.⁊ iij.eo.ti.de ſo.cōpe.c.ſi. quia officiū ſuum nulli debet eſſe damnoſum.ff. de ſur.l.ſi ſeruus cōmunis.§.qđ vo.ff.ad velleia.l.ij.§.j.ff.quē ad.teſt.ape.l.ſed ſi quis.ff.quibus ex cau.ma.l.videlicet.iiij.q.iij.§.venturis.⁊ in glo.d.c.ij.

¶Utrū repetere poſſit vſuras quas ſoluit fideiuſſor 16
ꝓ creditore? R. Jo.an. in regula damnum.li.vj. in mercuria.et ſequitur Pa. in.d.c.ij. ꝙ aut ſimpliciter erat ſolum obligatus ad debitum ſoluendū ⁊ ſic non repetet: ſed ſibi imputet ſi ſoluit. quia non erat obligatus.facit.l.centū.ff.de eo qđ cer.lo.niſi ſoluiſſet vſuras vt intereſſe.Et hoc verū q̄n fideiuſſor obligaſſet ſe nō ſolum ſimpliciter ſed etiā in oēm caſum venientem ex debito ꝓncipali.quia teneret de augmēto debiti.vt.d.l.centū.⁊ l.q̄ro.§.j.ff.loca.⁊ l.moꝛa.ff.de ꝛ. ob.al's ſimpliciter fideiubēs nō tenet ad intereſſe nec ad augmentū debiti.vt no.glo.in.d.c.iij. ⁊ ſequuntur docto.⁊ ideo ſibi imputabit ſi ſoluet iure fori.licz iure poli debitor teneat ſi ipe erat obligatus in vero ad intereſſe ſeu augmentū creditori.al's non. Aut obligauerat ſe fideiuſſor ad vſuras ſoluēdas. ⁊ ſic ſm legiſtas ⁊ canoniſtas diſtinguit. qui ſi ſoluit ſponte non repetet.ſm glo.in.d.c.ij.qz indebite erant.vt in.c.debitores.de iureiu. Si vo ſoluit coacte ſed non oppoſuit exceptionē nō repetet. Si autem oppoſuit ſed ꝓ iniquitatem iudicis fuit coactus ſoluere.⁊ ſic nō poſſet repetere.nec debitor tenet ꝓ.l. exceptionez.ff.e.ti. ff.de euic.l.ſi ꝓ imprudentiā. Sed in ꝓtrariū ſm theologos ⁊ in ꝓſcietia tene firmiter ꝙ tam in iſto caſu qm̄ ſoluit coacte. q̄z etiā qn̄ ſponte ſoluit eo ꝙ ſic ꝓmiſit eas ſoluere ꝙ poſſit repetere. ⁊ ꝙ debitor ſibi teneat qz ſic intelligit mandaſſe vt ſoluat debitū. vt.l.ſi procurator.ff.de ꝺdi.inde. Et ſic ſibi imputet debitor qui eum fideiubere fecit ꝓ vſuris niſi ſoluerit in fraudē vt faueret vſurario. qz ſic nō repetet. Aut non ſolum fideiuſſit ſoluere vſuras: ſed etiam iurauit.⁊ ſic repetet ſm omēs. quia licet poſſet petere abſolutionem a iuramento.non tamen tenet ſm Goffre. quia licet teneatur fideiuſſor excipere. vt nō.in glo.d.c.ij.ꝓ multa iura.non tm̄ tenetur agere.

¶Utrū fideiuſſor remaneat obligatus ꝓrogato ter 17
mino a creditore? R.ſm Pa.in.c. conſtitutus.eo.tit. cōiter tenetur ꝙ aut fideiuſſor erat obligatus ad tps ſolum.puta vſq; ad annū. ⁊ ſic non tenet poſt annū ꝓrogato termino.per.l.item queriꝫ.§. qui impleto ff.loca.vbi ptz ꝙ ſi locaui tibi domū vſq; ad annū de to fideiuſſore: ſi conducis poſtea tacite ad aliud tps: fideiuſſor non tenet niſi de nouo ꝓmittat. Aut obligatio erat pura: lz ſolutio dilatata ſit ad tps ⁊ ſic licz ſolutio ſit ꝓrogata.non tm̄ liberat.Ratio. quia nulla facta ꝓrogatione termini tenet fideiuſſor etiam poſt terminum ſicut ⁊ reus ꝓncipalis. ar.c. cum dilecti. de dolo.⁊ l.celſus.ff.de arbi.

¶Utrū fideiuſſor añ tps poſſit agere ꝓtra debitorē 18

vt liberet eum? R. q̄ sic in tribus casibus. Primus si diu in debiti solutione stetit. Secūs si dissipare bona sua debitor incepit. Tercius si cōdemnatus fuit sup fideiussione. de quibus habes in. c. fi. eo. ti. ⁊ vide qđ ibi nota.

19 ¶ Utrū fideiussor p alienatione rei dotalis vel donationis ꝓpter nuptias ꝑstante mr̄imonio teneat de euictione? R. Pa. in. c. cū ꝓtingat. de iureiur. Bar. in l. cū lex. ff. e. ti. ⁊ Jo. an. post multas opi. vident concludere. q̄ si mulier vēdit non tenet nec ipe nec ipsa mulier. d. l. cū lex. sed si vendit maritus vel alius tenetur vendens ⁊ fideiussor vel ad rem tradendā vel ad interesse: ꝑm q̄ nō. in. l. rē alienā. ff. de ꝓben. emp. ar. l. ⁊ si is. C. de ꝓ. mi. Ratio. q⁊ lex nō restrictit venditioni ⁊ actioni personali sed alienationi. i. trāslationi dñij. Uñ vxor nō obligat. q⁊ teneret ad trāslationē domin̄ij. l. ex empto. in pn. ff. de ac. emp. ⁊ ven. nec fideiussor. q⁊ haberet regressum ꝓtra mulierē. Et boc verum nisi mulier iurasset. q⁊ si iurasset teneret tā ipa q̄ fideiussor. Et bec opi. placet omissis alīs multis. in. d. c. cū ꝓtingat. ꝑ Jo. ⁊. d. Anto. tactis.

20 ¶ Utrū fideiussor possit aliquid recipe sine vsura a debitore? R. quidā tenēt q̄ nō. q⁊ esset vsura. Ratio. q⁊ videt q̄ fideiussio sit quoddā mutuū interp̄tatum Sed ego credo q̄ non sit vsura aliquid accipe: dūmō fraus neq; dolus interueniat. puta q⁊ ꝓmit cū aliq̄ ne credat debitori: nisi fideiubeat vt sic lucrari possit. q⁊ tūc nō liceret. alīs sic. q⁊ hic nō est mutuū verū neq; etiā interp̄tatū. Sed si rōne facti aliq̄d accipet: bene esset iniusticia ⁊ ꝓtra charitatē q̄ nullū periculū habet vel laborē in fideiubendo. sed q̄ aliq̄d accipit rōne periculi cui se exponit vel forte labor ⁊ ceteror q̄ faciliter incurrunt in talibus fideiussionibus eēt omnino licitū aliquid accipere: moderate tn̄. ⁊ sic est contractus innominatus: non mutui.

Fides dicit dupliciter. s. pactionis ⁊ cōsensus. vt habet in. c. j. de spon. duo. Omnis pactio quantūcumq; simplex dicit fides. Uñ veniēs cōtra ꝓmissionē dr̄ venire ꝓtra fidē p̄stitā. Et sic capit in. l. j. ff. de pac. ⁊. ff. de consti. pe. l. j. Uñ dicit fides q̄si fiet. ⁊ bec est respectu ꝓmissionis de futuro. Alia ē que est ꝓsensus de p̄senti. Et bec facit matrimonium vt nō. in. d. c. j. De boc habes etiam infra Juramentum. j. §. vj.

1 ¶ Utrum fides sit frangēti seruanda. vide infra Juramentum. v. §. xvij.

2 ¶ Est ⁊ alia fides q̄ dicit suba sperandarū rerū argumentū nō apparentiū. ad Heb. xj. c. Et de ista intellige que. j. dicam in toto isto. c.

3 ¶ In q̄ differt fides ab opinione? R. vt. j. Opinio.

4 ¶ Que pertinēt ad fidē? R. Tho. scda scde. q. xj. ar. ij. q̄ directe ⁊ ꝓncipaliter articuli fidei. Jndirecte vo ⁊ secundario ea ex quibus si non crederent sequeret alicuius articuli corruptio. Et circa vtraq; pōt eē beresis eo modo quo ⁊ fides.

5 ¶ Quot sunt articuli fidei? R. cōmuniter dicit q̄ sūt xij. q⁊ quilibet apostolorum qui fuerūt duodecim suum posuit. ⁊ omnes insimul omnes articulos approbauerunt. Sed verius dicendū est q̄ sunt. xiij. septē pertinentes ad diuinitatem. ⁊ septem ad humanitatem xp̄i. qui omnes ponunt in symbolo minori qui sunt infrascripti. Primus quem posuit Petrus est. Credo in deum patrem omnipotentē creatorē celi et terre. Jn quo tria continēt. Primū vnitas deitatis. ibi credo in deū: non deos. Secūm distinctio persone ꝑis ibi. ꝑem oīpotētē. Et vt dicit R. in. jj. sen. b. omnipotētia includit omnē scientiā. summā bonitatem ꝓuidentiā respectu oīm ⁊ oēm pfectionē. Tercium. creatio oīm. ibi creatorē celi ⁊ terre. i. visibiliū ꝙ terrā ⁊ inuisibiliū ꝙ celum significās. Secūs articulus quē posuit btūs Andreas est. Et in Jesum xp̄m filiū ei⁹ vnicū dñm nr̄m. eius dicit. i. patris. ⁊ vnicū. q⁊ solus vnus est filius. ⁊ dñm nr̄m. i. iure creationis. gubernationis ⁊ redemptionis. Tercius articulus quē posuit Jobānes est. Qui cōceptus est de spiritu sancto natus ex Maria virgine. Quartus quē posuit Jacobus maior est. Passus sub pontio pylato crucifixus mortuus ⁊ sepultus. Quintus articulus quem posuit Thomas est. Descendit ad inferos. Tercia die resurrexit a mortuis. Jn quo cōtinentur duo articuli. Primus descēdit ad inferos. s. fm aiam. Secūs resurrexit a mortuis. s. gliosus ⁊ immortalis. Sextus articulus quē posuit Jacobus minor est. Ascendit ad celos sedet ad dexterā dei patris. Ascēdit enī nō solum sup oēs celos. i. sup oēm creaturā corpalem: sed etiā sup oēm spūalem. q⁊ ꝓpter dignitatē vnionis oēs excellit Epb. j. ꝓterea addit. sedet ad dexterā dei p̄is id ē in potiorib⁹ bonis patris. Septimus articulus quē posuit Philippus est. Jnde venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos. i. eos q̄ in eius aduentu viui reperient ⁊ in momēto morient. ⁊ postea resurgēt cuz eis q̄ primo erāt mortui. Octauus articulus quē posuit Bartholomeus est. Credo in spm̄sctm̄. q̄. s. ē tercia psona in trinitate. Nonus articulus quez posuit matheus est. Sctām ecclīam catholicā. i. congregationē fideliū. Decimus articulus quē posuit Simō cananeus est. Sctōr cōionē remissionez pctōr. Et iste articulus cū illo quē posuit. b. Matheus est vn⁹ articulus. ⁊ advnū ⁊ eundē articulū ptinet q̄ est de cpatione dei. p quā dat nob eē gr̄e. Et est sensus. Credo i spm̄sctm̄ facientē sctām ecclīaz catholicā. i. vniuersalē in q̄ est cōio sctōr ⁊ remissio pctōr. Et iō nō dz dici in sctām: sed sctāz. Vel est sensus. Credo ecclīaz catholicā esse sctāz. s. p opationē dei. ecclīam inquā bñtē cōionē sanctor ⁊ remissionē pctōr. Tn̄ ad hūc articulū reducit fides de sacris. q⁊ in eis cōicāt fideles ⁊ sunt instra sctificandi. ⁊ ex ꝓsequēti pctā remittēdi. Undecimus articulus quē posuit iudas thadeus est Carnis resurrectionē. Duodecimus articulus ē quē posuit Matthias. Uitam eternā. Et est sensus istor duor. Credo q̄ deus resuscitabit nos. ⁊ dabit nobis vitam eternam. s. bonis. ⁊ ex consequēti sequit q̄ dabit malis penā eternā. bec ex R. in. iij. di. xxv.

¶ Utrū simplices qui in subtilitatib⁹ fidei errāt peccēt? R. Tho. ij. ij. q. ij. ar. vj. q̄ nō: si nō ptinaciter perseuerāt in particulari contra vniuersalis ecclesie fidē. Spe. vo. ti. de bereti. ⁊ Aluarus vt refert Jo. de lig. tenēt q̄ peccāt mortaliter ⁊ sunt bereti ci. Spe. allegat. xxij. q. j. scisma. C. de bere. l. ij. ⁊ in ius vo. l. venia. xxxvij. distin. c. fi. Aluarus vo alle. vj. q. j. quero. xvj. q. j. si cupis. xxij. q. ij. in ipsarum. Sed ego credo veram opinio. scti Tho. immo plus dico q̄ aliquando talis error posset esse meritorius. vtputa. aliquis audit aliquem predicatorem famosuz vel epm predicasse aliquē errorem. ⁊ simplex credit animo obediendi fidei. paratus tamen corrigi. nam ex intentione opera iudicantur. c. cum voluntate. de sen. ex. Aliqñ cum peccato veniali. vtputa vetula credit trinitatem esse vnam feminam. ⁊ quia credit ecclesiam sic tenere: sic credit, ⁊ tamen nō est beretica. quia

conditionaliter credit si ecclesia sic tenet ⁊ credit. Ali quãdo est cum mortali: vt est qñ homo sciẽter credit aliqd qđ est cõtra articulos fidei vel determinationẽ ecclie. ⁊ hoc patz ex. c. damnamus. in fi. de sum. tri. ad iura q̃ adducit Spe. l. ij. cum sua glo. est cõtra ipm. l. venia. nihil facit ad materiã. c. scilma. loquit de hereticis paratis se nõ corrigere. Ad iura Aluari q̃ videntur velle q ignorantia nõ excusat: loquunt de ignorãtia iuris naturalis q̃ nõ excusat. Et hoc tene sicut tenet etiã Jmmo. in Rica de sum. tri. ⁊ Car. in cle. vnica. de sum. tri. Vide etiã qđ. j. dicã Hereticus. in pn.

7 ¶ Utrũ oẽs teneant habere fidẽ explicitaz: Rn. ẽm sctũ Bon. in. iij. di. xxv. ⁊ ponit cũ eo Ri. ibidem. q credere explicite ⁊ distincte est fidei, puecte. ⁊ nõ ẽ necessariũ nisi illis q̃ fidem necessario alijs habẽt manifestare. q̃. s. officiũ docẽdi ⁊ pdicandi sumpserũt. Credere vo implicite est fidei diminute: ⁊ non sufficit habenti vsum rõnis: qz cũ quedã sint notoria e diuulgata nõ posset q̃s illa ignorare sine ptemptu ⁊ totali negligentia sue salutis. Credere vo ptim implicite. s. quosdam articulos: ⁊ alios quosdã explicite est necessariũ ad salutem. Tenent eẽ etiam simplices ad illos articulos explicite credẽdos quos eis manifestat: nõ tm predicatio: sed etiã ecclesiastica psuetudo. vt ẽ de vnitate ⁊ trinitate quã ex significatione noscere possunt cum dicũt. In noie patris ⁊ filij ⁊c. Item de natiuitate. passione ⁊ resurrectione. q̃ festa pdicant. ⁊ remissionem pctoz quã ex actu presbyteroz noscere possunt. Jdeo ab ignorãtia taliũ nullus excusat vtẽs rõne. qz nõ pot esse sine negligẽtia ⁊ ptemptu nisi ẽm Ri. vbi. s. illi q̃bus xps nec per se nec p aliũ: nec p inspiratiõnẽ interiorẽ locutus est: qz tales nõ tenent credere explicite nisi id qđ credebat in lege nature. Tenet etiã Alex. de ales. scda scde. ti. de pplexitate pscietie. q puer in carcere saracenoz inclusus ab infantia. ẽm Aug. de q̃stionibus noui ⁊ veteris testamenti: si nõ fuerit a quo didicerit. nec ad eũ rumoz doctrine fidei puenerit: inunis erit: ⁊ cũ non habeat impotentiã oĩno credendi: dicit Ale. q si faciet qđ in se est: deus illuminabit cum vel per occultam inspirationẽ: vel p angelũ aut per hominem.

8 ¶ Utrũ sit necessariũ ad salutẽ pfiteri ea que sunt fidei: Rn. q sic. pro loco ⁊ tpe. ẽm Tho. ij. ij. q. iij. ar. ij. puta qñ si aliqs interrogaret de fide ⁊ taceret: ⁊ ex hoc crederet vel q nõ haberet fidem. vel q nõ esset vera. vel alij p eius taciturnitatẽ a fide auerterent. ⁊ hmõi casibus in q̃bus bonoz debitus deo ⁊ vtilitas pximis impendẽda subtrahit: nisi pfessio fiat est necessaria ꝺ precepto. In alijs autẽ casibus non est necessaria de precepto sed de psilio: si mõ vtilitas fidei speret. Vtilitas pabilis est cõfessio fidei qñ solũ est ad pturbationẽ infidelium dicente dño Math. vij. Nolite sctũ dare canibus facit. c. in mandatis. xliij. di.

9 ¶ Quid de illo q̃ licet interius credat: tamẽ pter timorẽ facit aliquẽ actum infidelitatis puta exhibet reuerentiã idolo. portat aliquã vestem designatã ad aliquod determinatũ signum infidelitatis ⁊ hmõi: Rn. q peccat mortaliter. qz ẽm Augu. xxij. q. iij. sicut. Sanctius est mori q̃ vti idolatico. hec ille. Secus eẽt si nõ designaret determiate infidelitatẽ. sicut legim⁹ de beato Sebastiano. qui vtebat clamide militari ex bono zelo: vt lucraret animas xpo: ⁊ hmõi.

10 ¶ Utrũ liceat prece vel precio aliquẽ adducere ad fidem. vide. s. Judeus. §. xxiij.

11 ¶ Utrũ liceat disputare de fide. vide. ẽ. Disputatio. De hac materia vide. j. Infidelitas.

Filius quidam dicit spurius. ⁊ ppie est natus ex matre incerto ⁊ matre vidua. Sed in iure spurius dicit omnis natus ex illicito coitu preterq̃ de concubina in domo retenta ab eo qui nõ est cõiugatus. vt nõ. in. c. tanta. qui fi. sint legi. ⁊ no. Barto. in. l. gener. ff. de his qui. vt indig. q̃uis natus de adulterio ppio nomine vocet mãser. Deutro. xxiij. ⁊ in. c. nisi cũ pridẽ. §. persone. de renun. Et omnis talis spurius in nihilo succedit patri vel cõiunctis per lineam paternã: quia non dicit agnatus. de quo tex. in. c. dicat alicꝫ. xxij. q. iij. ⁊ glo. in. c. per venerabilem. qui fi. sint legi. ⁊ qđ nõ. in aut. ex complexu. C. de ince. ⁊ muti. nup. ⁊ insti. ꝺ suc. co. §. vulgo. ⁊ isti. ad orphi. §. nouissime. Jmmo nec pater põt talem instituere heredẽ. aut. licet. C. de nali. ⁊. d. c. dicat alicꝫ. Unde dicit Pa. in. d. c. p venerabilẽ. q bastardi nobiliũ nõ dicunt de parentela parentum: quia sordes nõ computant inter precipuos. C. ad orphi. l. si qua illustris: nec arma parẽtum portare possunt: et est sententia Bal. in. l. cum legitime nuptie. ff. de sta. bo. ⁊ secũ. d. Ant. i. d. c. p venerabilẽ.

¶ An tales succedant matri? Distingue q aut ẽ vulgo quesitus. ⁊ ppie solum spurius. ⁊ sic succedit cuz legitimis filijs: nisi mater sit illustris femina. vt in. d. l. si qua illustris. ⁊ ibi p glo. ⁊ Bar. ⁊ insti. de suc. cog. §. vulgo quesitus. Idem dic de notis. Aut sunt etiã manseres: sicut nati de ea que non poterat esse legitima vxor. siue qz alteri nupta vel ipse. siue qz psangui neus vel affinis: ⁊ sic in nihilo succedunt. vt in. d. aut. ex cẽplexu. põt tñ heredes eos instituere ẽm Mar. et Mo. ⁊ videt tenere glo. in. d. c. tanta. 1

¶ Queritur an parẽtes succedant prefatis spurijs? 2
Rn. Pa. in. d. c. tanta. q non in eo casu quo ipsi nõ succedunt parentibus. Et hoc verum de quibuscunq̃ filijs illegitimis.

¶ Quero an pfati spurij possint instituj heredes ab 3
alijs extraneis? Rñ. Pa. in. c. cum haberet. de eo qui du. in ma. quam pol. per adult. q sic. quia non probibentur nisi parentes. vt no. glo. in aut. quib⁹ mo. na. effi. sui. §. vlti.

¶ Utrũ parẽtes possint pfatis spurijs aliquid relin- 4
quere rõne alimẽtoz? Rn. q sic. vt no. Bart. in. d. aut. ex complexu. Jmmo tenet de equitate canonica eos alere ẽm facultates eoz. ⁊ tam pater q̃ mater: tuz qz tales nõ sunt in potestate nec patris nec matris. insti. de nupt. §. sunt ⁊ alie persone. ⁊. l. vulgo concepti. ff. de statu bo. tum quia alimenta debentur instinctu nature que sic matrem obligat sicut patrem. vt no. Jnoc. in. c. ij. ꝺ regu. ⁊ Pa. in. d. c. cum haberet. Secus de iure ciuili. vt in. d. auten. ex complexu. Unde dicit Bal. in. l. si. §. si a socero. ff. de bis que in frau. credi. q de equitate canonica potest pater donare spurio vt habeat pro alimentis. Et similiter legare pro alimentis. no. Barto. in. l. si. ff. de bis qui. vt indig. ⁊ Cy. in. l. non omni titulo. C. de admi. tu. dicit. q etiam spuria debet dotari. vt no. Jmo. in. l. lucius. la. ij. §. j. ff. de le. ij. Limita predicta nisi essent in nimia quantitate in fraudem legata. Et conclude q prefati contra pdicta a patre recipiendo de eius bonis tenent restituere etiam in consciẽtia.

¶ Filius alius dicitur notbus. vt nõ. in d. §. sunt et 5
alie persone. qui aliquando dicit naturalis tm q̃uis spurij etiam sint naturales tm: ⁊ talis est ille qui est natus ex coitu neq̃ damnato neq̃ approbato de

ſure ciuili: vt eſt filius ꝓcubine ſolute in domo retẽte a ſoluto que poſſet eſſe eius vxor legitima: puta q̃ nõ eſt ꝓſanguinea nec affinis vt in.l.i ꝓcubinatu.ff.de cõcubi.ꝛ iſte ſuccedit patri ab inteſtato in duab⁹ vncijs totius hereditatis: dūmodo non exiſtant filij legitimi vel vxor legitima. vt in auẽ. liceat pũ. C. de natu. li. q̃a filijs legitimis exiſtentibus vel nepotibus nõ põt niſi vnã vnciam relinquere ei ꝛ matri ꝛ nõ vltra. vt. l. matre. C. de na. libe. Sed ſi nihil relinq̃rit ei in nullo ſuccedet: ꝫ tñ debet alimentari a legitimis.

6 ¶ Sed nunq̃d ſi nõ habet filios legitimos poterit tales heredes inſtituere? R. q̃ ſic: etiã in totũ. legitima tñ reſeruata parẽtibus ſi habet. vt nõ. in. d. auẽ. liceat patri. ꝛ licet Bof. tenet q̃ nõ ſuccedat: cum hodie talis coitus ſit reprobatus vt in auẽ. de leno. col. iij. ꝛ in auẽ. ſcenicas. coll. v. ꝛ C. de concub. l. vnica. tñ ego teneo cum glo. in. d. c. tanta. ꝛ in. c. niſi cũ pactũ. de renũcia. q̃ ſuccedũt etiã de iure canonico: q̃ ex quo ius canonicũ nõ ſtatuit oppoſitũ: nõ debemus in hereditatibus recedere a diſpoſitione iuris ciuilis. facit. c. p venerabilẽ. qui filij ſint le. ꝛ ſequit̃ Pa. in. d. c. tanta.

7 ¶ Filius alius dicit̃ legitimus tñ: ꝛ iſte eſt adoptatus vel arrogatus. Et dicunt̃ legitimi tñ: q̃ nõ natura ſed legis inſtitutione ſunt filij. vt de cogna. le. in rubro ꝛ nigro: ꝛ iſti ſuccedunt patri legitimo ſimul cum filijs legitimis naturalibus. vt nõ. C. de adop. l. fi. ꝛ in ſti. de here. que ab inte. def. ¶ item adoptiuos. ꝛ in. l. ſi pater. ff. de adop. vide. ſ. Adop. §. j. ꝛ ij.

8 ¶ Filius alius dicit̃ ſpũalis ꝛ legitimus. ſicut eſt ſuſceptus de baptiſmo vel chriſmate. Et iſte ī nihilo ſuccedit: q̃ cuꝫ ſit ſpũalis: nõ extendit ſe ad tpalia. Filꝰ alius dicit̃ ſpũalis tñ: ſicut ſunt oẽs xp̃iani pape. ꝛ de dioceſi epiſcopi. ꝛ de parochia p̃sbyteri. vt in. c. oẽs. xxx. q. j. Et iſti ſimiliter in nihilo ſuccedũt parẽtibus ſuis iſto modo.

9 ¶ Filius alius naturalis ꝛ legitimus. naturalis dicitur: q̃ naturaliꝛ eſt generatus. legitimꝰ q̃ ex legitima parentũ ꝓiunctione approbata per legeſ. iſti ſuccedũt ab inteſtato parẽtibus oibus alijs excluſis. vt in auẽ. de here. q̃ ab inte. Limita niſi in caſu in quo aliq̃ ſpecialiter admittunt̃: vt dictum eſt in filijs adoptiuis. ꝛ ſint quaſi domini viuẽtibus parẽtibus: ſolũ eis deeſt adminiſtratio. vt inſti. de here. q̃. ꝛ dif. §. ſed ſui. Unde ex conſuetudine lege innata filij comitũ appellantur comites: vt filij regũꝫ reges etiam in vita parentũ. vt. xxiij. q. j. c. fi. ꝛ p Bar. in. l. fi. C. de digni.

10 ¶ Utrũ filius naturalis tñ efficiat̃ legitimꝰ p ſequẽs matrimoniũ inter patrẽ ꝛ matrẽ eius? R. Pa. in. d. c. tanta. q̃ ſic. quicũq̃ ſit filius naturalis: ſi tpe quo genitus fuit poterat eſſe legitime vir ꝛ vxor in matrimonio parẽtes eius. Et ꝛ Bar. in. l. pe. ff. de ꝓcubi. velit ſolum hoc eſſe verũ in ꝓcubina in domo retenta poſtea p vxore capta. tñ canoniſte cõiter tenent ꝓtrariũ ꝛ hoc teneas. Secus eſſet ſi tpe generationis nõ potuiſſet eſſe matrimoniũ inter parẽtes. q̃ ꝛ p diſpẽſationẽ vel alio mõ ſit poſtea cõtractũ matrimoniũ: nõ tamẽ erunt legitimi ꝑm Jo. an. in quadam apoſtilla. Bal. in li. feu. ti. ſi de feu. cõtro. fue. vult q̃ niſi interueniat inſtrumentũ totale. vt volũt iura inſti. de nup. §. aliq̃n. ꝛ inſti. de here. que ab inte. defe. poſt pn. ꝛ ī auẽ. qui. mo. natu. effi. ſui. §. fi. q̃uis ſequat̃ matrimoniũ nõ legitimant̃. Sed ego teneo ꝓtrariũ ſicut tenẽt moderniores canoniſte cõmuniter. ꝛ in practica ſequuntur legiſte.

11 ¶ Utrũ filij nati ex clandeſtino matrimonio ſint legitimi? R. glo. in. c. q̃ nobis. q̃ fi. ſint. le. q̃ ſi nullũ ẽ impedimentũ poſt approbationẽ matrimonij erũt legitimi. ſiue ſint nati añ approbationez matrimonij ſiue poſt. Et hoc ſequunt̃ oẽs. ꝛ pbat̃ in. c. ij. de clã. deſpõ. Nam approbatio retrotrahit̃. ꝛ pinde eſt ac ſi a principio fuiſſet ꝓtractũ in facie eccĺie. imo plus dicit Alanus. q̃ ꝛ clandeſtine ꝓtrahẽtes nõ ꝓſumunt̃ ꝓiuges vt dicit glo. in. l. latoꝛ. q̃ fi. ſint le. tñ hoc ꝓcedit reſpectu nubentiũ: ſ reſpectu filioꝝ ꝓſumunt̃ ꝓiuges. q̃ eſt notandũ. ex quo infert Pa. in. d. c. latoꝛ. q̃ natꝰ ex viro ꝛ muliere ſimul cohabitãtibus ꝓſumit̃ legitimꝰ. q̃ fauore legitimatois ꝓſumit̃ inter eos matrimoniũ ꝓ quo facit. l. in libere mulieris. ff. de ri. nup. Et mari me ꝓcedit ſi vocabãt ſe cõiuges. vt no. Jnno. in. c. ex parte. de reſti. ſpol. Dicit etiã Oſtien. q̃ ſi multo tpe ſimul tanq̃ ꝓiuges cohabitarũt: ꝓſumendum ẽ eſſe matrimoniũ. facit q̃ no. ipſe in. c. illud. de ꝓſum. Si autẽ erat impedimentũ: tũc ſunt opi. Jo. an. ꝛ do. Anto. tenent. q̃ poſt approbationẽ legitimant̃: ꝛ poſtea ſeparent̃. Glo. tenet q̃ hoc eſt verũ in natis poſt approbationẽ: ſed nõ in añ natis. Jo. cal. tenet q̃ nullo mõ legitimant̃. Et hoc putat Pa. verũ de rigore iuris. facit. c. fi. in. §. ſi q̃s. de clã. deſpon. ꝛ hanc teneo ꝓpter prefatũ. c. fi. vbi eſt tex. aptus vide de hoc. ſ. Clandeſtinũ quãdo dicat̃ in ꝓin.

12 ¶ Utrũ natus de ſponſa de futuro ſit legitimus? R. Pa. in. c. q̃ tuas. q̃ fi. ſint le. q̃ ſic. ſi nullum ſit impedimentũ: alꝫ ſecus ꝑm q̃ dictũ eſt in ꝓcedẽti. q.

13 ¶ Utrũ filius q̃ cõmuniter reputat̃ filius viri ꝛ vxoris teneat̃ credere vxori dicenti eum illegitimũ. vide. ſ. Adulterium. §. v.

14 ¶ Utr̃ ex tractatu parentũ q̃s ꝓſtituat̃ filꝰ? R. Pa. vbi. ſ. q̃ ex noiatiõe filij ꝛ tractatu vt filij ꝓſtituit̃ q̃s in poſſeſſione filiatiõis. etiam ſi ſit natus extra domũ Añ ibidem dicit do. Ant. quẽ ſequit̃ Pa. vbi. ſ. ꝛ no. Butri. in. l. q̃dam. ff. de ꝓba. q̃ tractatus parentũ puta q̃ illi tractabãt eum vt filiũ: ꝛ ipſe eos vt parentes ꝓbat aliquẽ filiũ alteriꝰ: imo plus vult glo. in. c. trãſmiſſe. q̃ fi. ſint legi. q̃ ꝓbatio buiꝰ tractatus ꝓferet negationi parentũ. Jtẽ. d. Ant. in. d. c. vult. q̃ etiaꝫ ſola fama ꝓbat filiũ: ſi nihil ꝓbet in ꝓtrarium.

15 ¶ Quid ſi ꝓbet q̃ vxor eo tpe cõmiſit adulteriũ quo talis ꝓceptus eſt? R. Pa. in. d. c. tranſmiſſe. ꝛ c. p tuas. eo. ti. q̃ ſi pater ſeu maritus cohabitat eo tpe cum vxore: reputabitur legitimus: q̃ cum poſſit eſſe filius vtriuſq̃ debemus fauore filiorũ ꝓſumere q̃ ſit filius mariti potius q̃z adulteri. ꝓ hoc eſt tex. in. l. miles. §. defuncto. ff. de adul. facit. l. q̃ ſemp. ff. de ī ius vo. Jdẽ dic de filio nato de ꝓcubina retenta in domo: vt ſemp preſumat̃ filius ꝓcubinarij. vt habes glo. ſingularem in. c. mihael. de fi. preſ. Secus ſi fuiſſet abſens tãto tẽpore q̃ nõ potuiſſet eum generare. vt. ff. de bis q̃ ſunt ſui vel alie. iur. l. filium.

16 ¶ Utrũ filius natus ex illis q̃ poſt matrimoniũ ꝓtractũ de cõmuni ꝓſenſu fecerũt votũ. vel q̃n alter intrauit religionẽ ꝛ repetit? fuit ſit legitimꝰ? Vide. j. Matrimoniũ. iij. impedimento. v. §. v.

17 ¶ Utrũ appellatione filioꝝ veniãt naturales tñ? R. Pa. in. c. in ꝓtia. de ꝓba. q̃ aut appet de tacita volũtate diſponẽtis. vt q̃ ẽ eadẽ rõ de legitimo ſicut de naturali: ꝛ tũc veniũt etiã nãles: ſiue tractet de pena ſiue de cõmodo ſiue in legib⁹ ſiue i ſtatut̃ vel teſtamentis ꝛ hmõi. Si vo nõ apparet de mẽte: tũc ſi tractatur de cõmodo veniũt etiã naturales. xxxv. q. vij. c. vnico Et hoc ex benigna interpretatione potius q̃ ex ſigni,

ficatione ꝓpria: q: et ꝓpria significatione nomine liberorū vel filioꝝ veniunt solūmodo naturales legitimi nō adoptiui vel naturales tm̄. vt in.l.si ita q̄s.§.fi.ff. de le.ij. nō veniūt etiam vbi tractaꝫ de cōmodo spurij ꝛ ex coitu damnato nati.

18 ¶Utrū filius denominetꝫ a patre? R. q̄ sic de iure. vt in.c.ij.de puer-infi.ꝛ insti.de le.ag.tu.§.j.Et hoc quia sequitꝫ familiā ꝛ agnationē patris. Hec ob.c.raynucius.de testa.q: ꝑm Jo.an.illud erat ꝓ supbiam: q: mater erat nobilior. Unde filius sequitꝫ ꝓuilegiū ꝑis i tribus. Primo quo ad honores. Scō quo ad curialem ꝯditionē.C. de decurio.l.eos.l.exemplo.ꝛ.l. nullus. Tertio quo ad originē.ff.ad munici.l.j.vide glo. in.c.dicat.xxxij.q.iiij.ꝛ glo.in.l.cuꝫ legitime.ff. de stato. De illegitimis dic vt in.§.se.

19 ¶Utrū illegitimus sequaꝫ cōditionē sīr ꝑis? R. q̄ nō de iure. sed matris ꝑm glo. quā sequunt̄ cōmunit̄ doc.in.c.j.de ꝓiu.ser.qui vult q̄ partus ancille erit penes dōm ancille.l.ꝛ seruoꝝ.in ꝑn.ff.de sta.ho. ꝓ quo facit ter.in.l.partū.C. de rei ven.ꝛ nō. in.c. vnico de na.ex li.ven. ꝛ in.c.fi. de ser.nō or. ꝛ insti.de iu.ꝑso.§. fi. Hec ob.c.liberi.xxxij.q.iiij. vbi dicit̄ semp q̄ nascit̄ deteriorē partez sumit. sed expone deteriorē.s. mris q̄ fragilior est. Hoc tamē limitat Pa.in.c.licet.de cōiu. ser.verū. nisi ꝓsuetudo vel statutū habeat aliud sicut hodie est q̄ natus ex ancilla nō est seruus si pater est liber. Qō no.

20 ¶Utrū pater ꝛ mater teneant̄ alere filios? R. q̄ sic de quo vide.s. Alimēta.§.j.nisi in.v.casib⁹ quos no. Pa.in.c.cū haberet.ꝺ eo q̄ du. i ma.quā pol.ꝓ adul. Primus si filius euꝫ accusauit.vt.l. si q̄s a liberis.§. itē iudex.ff.de libe.agno. Scōs si pater eget ipse: quia nō teneꝫ vltra q̄ pōt.d.l.si q̄s.§. sed si filius. Tertiꝰ si filius cōmisit crīmen ingratitudinis ꝓtra patrē.l. si patrē.C. de alen.libe. Quartꝰ si filiꝰ habet artem vel aliud vnde viuat.d.§.sed si filiꝰ.ꝛ.§.alimēta. ibidem Limita tamē hoc ꝑm Bar.in tractatu alimentoꝝ nisi sit filius nobilis q̄ euꝫ ꝺedeceat in tali arte operari. Quintus sunt oēs cause ex q̄bus pater pōt exhere dare filiū: ita ꝛ denegare alimēta. de q̄bus vide.s. Exheredatio.ꝛ.j. Ingratitudo.§.iij.

Circa iudices. Si habuit iurisditionē ab aliquo non vero dño. vide Dñs. in p̄in.

Si dedit iniquā sniam scienter vel p ignorantiaz aut negligentiā. vide iudex. §.xxj. cum se.

Si existens ignoras nō elegit bonum assessorem ibidem. §.xxij.

Si elegit assessorem in fraudē cū non indigeret. vide Judex. §.xvj.

Si accepit pecuniam vt iudicaret vel non iudicaret. aut vt inique ꝓtra iusticiā. vide Judex. §.viij. cum multis se. ꝛ Suspensio. j. §.xx.

Si nō seruauit ordinem iurisvidet mortale nisi aliq̄ causa vrgens ad hoc impelleret.

Si reo dedit dilationes indebitas. quia vltra mortale tenet parti lese ad restitutionem.

Si reo fecit interrogationes ad quas nō tenebat respōdere. vide Cōfessio delicti. p totum.

Si posuit ad ꝑturam sine legittimis indicijs. vide Tortura. §.j.

Si allegationes friuolas admisit. quia vltra mortale tenetur leso ad restitutionē.

Si appellationē legitimā nō admisit vel friuolā admisit: q̄ vltra mortale tenet parti lese: sm q̄ dico Appellatio. §.xv.

Si pauperibus nō prouidit de aduocato vide Aduocatus. §.x.

Si penam relaxauit vel auxit. vide Pena. §.xviij.

Si arrestauit aliquē vel bona eius descripsit. vel officiales misit: vt sic pecuniā extorqueret ꝓtra iusticiā vel aliquid aliud inuenit ex quo pecunias haberet. quia tenet ad restitiōem.

Si in sentētia apposuit clausulam obscurā vt ille cōtra quē dabat se posset defendere ꝓtra iusticiam: q̄ vltra mortale tenet ad restitutionē de damno dato

Si partem nō cōdemnauit in expēsis cum (parti. deberet ꝛ peterent q̄ vltra mortale tenet ad restitutionem parti.

Si vt extorq̄ret pecunias modo suo fecit q̄ id quod iure ordinario debebat expedire facēt iure delegato

Si nō purgauit prouinciam malis hominibus. vide Judex. §.vij.

Si iudicauit sm allegata ꝓtra veritatē quam sciebat. vide Judicare. §.vij.

Si sentētiaz alicuius cēsure ecclesiastice protulit sine monitiōe ꝛ scriptis. vide Suspēsio. j. §.xvj.

Si iudicare p̄sumpsit nō sibi sbditos. nec rōne rei vel delicti. vide iudicare. §.xvij.

Si ꝑtraxit sniam in longū vt pecunias extorqueret: mortaliter peccauit ꝛ tenet ad restitutionē nō solū pecunie accepte a parte q̄ iusticiā habebat: sed ad oīne damnū qđ habuit ex tali dilatione.

Si interposuit auctoritatē in aliquo contractu muliēris vel minoris in eor damnum ꝓpter pecuniam vel amicitiam. quia vltra mortale tenetur ad restitutionem leso.

Circa officiales dn̄orum ꝛ cōitatum.

Si ꝓminatus est alicui nisi ei daret ꝛc. vide ꝓcussio.

Si exegit iniusta grauamina de mādato sui superioris. q̄ vltra mortale tenet ad restitutionē totius exacti: si ille non vult restituere in cuius vtilitatez est exactum.

Si executus est iniquam sententiam. vide Judicare §.vij.

Si non obuiauit malis q̄ꝫtum potuit bono modo. vide Consentire. §.ij.

Si fuit ꝑdito terre vel castri: habes supra Auaricia in p̄ma filia.

Si fuit officialis tyranni aut iniusti domini. vide dominus. in p̄in.

Si nō accusauit q̄s tenebat ex officio. quia si exiura mēto tenebatur erit mortale pct̄m alīs nō semp.

Si emit officia vel super ipsa mutuauit. vide Officiū

Si habens soluere de pecunia dn̄i vel cōitatis alīq̄

extorsit tñ pro vocato existens ipse salariatus: quia restituere tenetur.
Si quos inuenit de nocte dimisit ꝓpter pecuniã contra statuta: quia videt mortale.
Si seruauit statuta que iurauit in principio officij.
Circa consiliarios dominoꝝ vel cõmunitatum.
Si existens in ꝓsilio ꝓsensit alicui malo. vide Cõsensus. §. ij. & Consilium. §. j.
Si dedit fraudulentum ꝓsilium. ibidem.
Si ꝓposuit aliqua in consilio in damnũ aliquoꝝ: ꝙa vltra mortale tenet ad restitutionez damni totius quãdo sine eo non fuisset.
Si ꝓsensit ad aliqua statuta fienda que erant iniusta puta contra libertatẽ ecclesie. vide ibidem. & Excõmunicatio. vij. casu. xij. & casu. xliij.
Si res cõmunitatis ꝓmisit dilapidari vel ex inutilibꝫ cõmissionibus aut ꝙlitercũq; . vide administratio.
Circa arbitros vel arbitratores.
Si iniquã dedit sentẽtiam scienter vel ex ignorantia. vide Judex. §. xxj. cum sequẽtibus.
Si ꝓmisit expirare cõpromissum. vide Arbiter. §. j.
Si ꝓ spirituali dedit temporale in recompensationem. vide ibidem. §. vij.
Si ꝓ pace abstulit ab vno & dedit alteri. vide ibidẽ. §. vj.
Circa accusatores Si accusauit aliquẽ mala intentione. vide Accusatio. §. vj.
Si accusauit aliquẽ calũniose. vide ibidem. §. viij.
Si iurauit nõ accusare. ibidem. §. vj.
Si accepit precium vt nõ accusaret. ibidem.
Si accusatus respondit calũniose. ibidem. §. xij.
Si accusatus tacuit veritatem. ibidem. §. xij.
Circa aduocatos. Si inhibit? a iure aduocare aduocauit. vide Aduocatus. §. j. cum multis sequen.
Si defendit iniustam causam. ibidem. §. xij.
Si amisit causam iustam per suam ignorantiam vel negligentiam. ibidem. §. xj.
Si immoderatũ salarium extorsit. ibidem. §. xiij.
Si nõ aduocauit ꝓ pauperibus. ibidem. §. x.
Si fecit pactum cum clientulo de quota litis. ibidem. §. xiij.
Si reuelauit aduersario secreta clientulo vide Falsarius. §. ij.
Si causam vsurariam defendit: quia vltra mortale tenetur ad restitutionem.
Si frustratorias dilationes quesiuit: quia tenetur ad restitutionem parti lese.
Si falsas leges vel instrumenta produxit vel instruxit clientulum de falsitate dicenda.
Si qualitercũq; fuit causa alicuius damni in huiusmodi aduocatione: quia vltra mortale tenet de dãno parti lese.
Si solũmodo attẽdit ad ordinem iudiciariũ et nõ ad merita cause: sicut bodie cõmuniter faciunt aduocati: & tamẽ non excusant a mortali & ab obligatione restitutionis damni si defendũt causam iniustaz quo ad merita quãtumcũq; quo ad modum procedendi sit inordinata: quia ordo non est inuẽtus: nisi ꝓpter deceptiones euitandas.
Circa ꝓcuratores. Si defendit causam iniustaz mortale est & tenet ad restitutionem lese.
Si infideliter vel negligenter se habuit. vide Locatio. §. xxiij.
Si in positionibus ponendis vel respondẽdis periurauit vel fuit causa periurij mortaliter peccauit.
Circa notarios. Si ex ignorãtia dictauit male instrumenta vel testamenta ꝓpter quod ꝓximi damnificati sunt. Vide Culpa. §. v. & vj. & infra Tabellio. §. vj.
Si instrumenta que recepit nõ posuit in ꝓtbocollis suis ex magna negligentia videt mortale peccatuz in instrumentis ex quibus ex earum pditione ꝓximi possent notabiliter leci.
Si maliciose occultauit vel destruxit instrumenta. vide Falsarius. §. iij.
Si falsauit instrumẽta addendo aliq̃d qd̃ nõ fuit expressum vel alio modo. vide Falsarius in prin.
Si non bene informauit in renunciatione alicuius iuris ponendo in instrumento partem que erat ignara: quia tenetur ei de damno eo quia est causa deceptionis ꝓximi.
Si fecit instrumenta in fraudem vsurarum. vide Restitutio. j. in. lra Usurarius.
Si petijt indebitum salarium tenet restituere. Facit qd̃ dico Emptio. §. vij.
Si notarius episcopi petit ab ordinãdis salariuz nõ ꝑm instrumentũ sed ꝑm qualitatem ordinis: quia ẽ simoniacus quantũcunq; non sit salariatus. vide Simonia. iij. §. xxij.
Si recipit instrumenta ꝓ testamento. renũciatione. donatione vel alia obligatione illius qui non erat sane mentis: quia vltra mortale tenet ad restitutionem lese.
Si scripsit dictauit vel redegit in publica forma statuta ꝓtra ecclesiasticã libertatẽ vel in fauorẽ vsurarũ. vide excõicatio. vij. casu. xij. & casu. xliij.
Si rogatus ꝓ pauperibus noluit gratis facere: qz tenet: ꝑm qꝫ dico de aduocato Aduocatus. §. x.
Circa litigãtes. Si calumniose accusauit aliquem. vide Accusatio. §. viij.
Si mala intentiose. ibem. §. iij.
Si accusatus dedit pecuniam accusatori vt desisteret ibidem. §. xj.
Si calumniose se defendit. ibidem. §. xij.
Si nõ respondit veritatẽ interrogatus quando tenebatur. vide Confessio delicti. in prin.
Si litigauit sciens iniustam causam habere. vide Litigiosa. §. ij.
Si habens iustam causaz litigauit non per media iusta sed indebita. vtputa cum mendacijs. periurijs et huiusmõi mortaliter peccauit ꝑm Tho. ij. ij. q. lxix. nõ tamen tenet ad restitutionem.
Si aliquid obtinuit per iniustam sententiã. vide Sẽtentia. §. vij.
Si appellauit causa afferende more. vide Appellatio. §. xv.
Si ratione studij vel artis fraudulenter conuenit ad uersarium coram aliquo iudice. vide Argumentatio. §. iij.
Si habens cõseruatorẽ ꝓcurauit vt intromitteret se de non notorijs. vide conseruator. §. j.
Circa testes. Si requisitus in iudicio noluit dicere veritatem. vide Testis. §. xxvj.
Si falsum testimoniũ dixit. ibidem. §. xxx.
Si dubium ꝓ certo ꝓposuit. vide periurium. §. iij.
Si pecuniã accepit ꝓ testimonio ferendo. vide Testis. §. xxviij.
Circa tutores vel curatores. Si bene administrauit in vtilitatibus pupillorum. vide Administratio. per totum.

Si cōsummauit bona ipsoꝝ vel sibi appropriauit. qꝫ tenet ad restitutionē: vt patet ibidem.
Circa executores testamentorum vel vltimarum voluntatum.
Si alimētauit relictū. vide dos. §. xxvj.
Si soluit debita defuncti. vide Heres. §. v. ꝛ. vj.
Si legata impleuit vel nimis distulit. vide Executor §. xxiij. ꝛ. xxiiij.
Circa curiales. Si fuit adulator vt obtineret bñficia ꝛ hmōi. vide Adulatio per totum.
Si ꝓpter dñis aliqua vnde possent extorquere pecunias indebite. vide Consiliū. §. j.
Si bona cōfiscata inique sibi fecit donari. quia tenet restituere.
Si fuit leno pro dño. mortalia multa in hoc sepe cōmittuntur.
Si totum tempus expendit in ociositate. vide Preceptum. §. v.
Si reportauit mala de alio vt eum poneret in inimiciciam dñi. vide Susurratio.
Si delectatus fuit dicere mala de alijs vel audire. vide Detractio.
Circa principes ꝛ dños seculares.
Si habet dñium ex iusto titulo. vide Dñs. in prin.
Si neglexit facere iusticiā petētibus. qꝫ vltra mortale tenet eis ad restitutionē damni qđ passi fuerunt ex hoc. facit qđ habes Judex. §. xxj.
Si fecit iniusticiā alicui multomagis tenet. ibidem.
Si q̄siuit ponere diuisionē in pplis vt posset regnare quia mortale est vide Susurratio.
Si imposuit collectas indebitas subditis suis. vide Tallia. in pn. ꝛ. §. j.
Si exigi fecit pedagia iniusta. vide pedagiū p totum.
Si fuit ambitiosus ad maius dñium. ꝓterea ꝓcurauit bella vel aliud iniustum. qꝫ vltra mortale tenet de omni damno. vide Ambitio. §. j.
Si fecit cōfederatione cū aliquo vt defendēdo se iuste vel iniuste: mortaliter peccauit.
Si habuit bellū iniustū. ꝛ qñ sit iniustū habes Bellū §. iiij. ꝛ quō tenet ibidē in. §. v. ꝛ. x. ꝛ. xj.
Si posuit officiales malos. vide Dominus. §. iiij. et Administratio. §. ij.
Si vendidit officia. vide Officium.
Si ea que erant cōitatis sibi appropriauit tenet restituere. vide Tallia. §. ij. ꝛ. x.
Si incarcerari fecit aliquē indebite. vide Carcer. §. ij ꝛ. iij.
Si banniuit aliquē indebite. vide bannū. §. j.
Si non permisit testari aliquos. vide Tallia. §. x.
Si coegit nubere filiaꝫ alicuius alteri vt ei succedat: pōt esse mortale ꝑm qualitatē rei.
Si fecit fieri torneamenta vel bastiludia vel spectacula inhonesta. vide Ludus. §. vj.
Si iusticiā vēdidit. vide iudex. §. xix. ꝛ. xx.
Si fecit statuta vel leges iniquas. vide Lex. §. xxij. et excōicatio. vij. casu. xij. ꝛ casu. xliij.
Si vasallos indebite grauauit vel spoliauit. vide tallia. per totum.
Si ipse vasallus existens fuit infidelis dño suo. vide Feudum. §. xvj.
Si tolerauit vsurarios ꝓpter lucrum suū. vide Usura. ij. §. xiij.
Si nō durauit prouinciam malis hominibus. vide Judex. §. vij.
Si ꝓpter auariciam cōmutauit penam corporalez in pecuniariā. quia vltra mortale tenet lesis: si ꝓpter hoc aliqua scelera facilius perpetrant.
Si non tenuit vias securas. vide rapina. §. j.
Si pupillos ꝛ miserabiles psonas nō voluit audire nō dando publicas aliqñ audientias. qꝫ vltra mortale tenet de dāno qđ eis infert. vide Culpa. §. v.
Si angariauit rusticos in laboribus ꝛ maxime in festis. vide Tallia per totum. ꝛ Ferie.
Si tenuit nimias pōpas aut expēsas. vide Ornatus
Si nimis occupauit se in ludis ꝛ venationibus. vide Ludus ꝛ Venatio per totum.
Si dedit damnū in agris ꝓpter venationes. vide Venatio. §. ij.
Si nō correxit familiā: sed parū curauit eos cōpescere a peccatis. vide Correctio. j. ꝛ. ij. per totū. ꝛ quō tenetur vide Dñs. §. j.
Si fuit excōmunicatus vel a iudice vel ꝓpter aliqđ infrascriptorum.
Si injci fecit manus violētas in personas ecclesiasticas. vide Excōicatio. v. casu. j. per totum.
Si fecit incendi vel frangi ecclesias vel loca religiosa ibidem casu. v. ꝛ. vj.
Si fuit insecutor alicuiꝰ cardinalis vel de familia pape aut cardinalis vel alicuius epi. vide Excōmunicatio. v. casu. ix. ꝛ casu. xiij.
Si fecit fieri aliquā iniuriā illis qui tulerunt aliquas sentētias excōmunicationis vel interdicti. vel q̄ fuerunt causa vt ponerent vel obseruauerūt. vide ibidem casu. x.
Si fuit fautor hereticoꝝ eoꝝ. vel impedinit officiū inquisitoris. vide hereticus per totū. ꝛ Excōicatio. v. casu. xvij. ꝛ Excōicatio. vij. casu. xxviij. ꝛ. xxix.
Si coegit celebrare tpe interdicti. vide Excommunicatio. v. casu. xv.
Si fuit receptator piratarū vel cum eis participauit vide ibidem. casu. xviij.
Si imposuit noua pedagia vel exegit prohibita. ibidem casu. xix.
Si pmisit deferri ꝓhibita infidelibꝰ. ibidē casu. xxj.
Si impediuit victualia ne ad curiam portarent. ibidem casu. xxij.
Si volentes ire romā vel redeuntes cepit. pcussit et hmōi. ibidē casu. xxiij. ꝛ. xxiiij. ꝛ. xxv.
Si impediuit ne obediretur lris apostolicis. ibidem casu. xxvj.
Si vsurpauit iurisditionē ecclesiasticam. ibidem casu. xxviij. Excōicatio. vij. casu. v.
Si romipetas detinuit vel spoliauit. ibidē casu. xix.
Si inuasit terras ecclesie. ibidē casu. xxx.
Si se subtraxit ab obedientia romani pontificis. ibidem casu. xxxij.
Si corpus alicuius defuncti fecit incidi vt alibi sepeliretur. ibidem casu. xxxij.
Si tercio admonitus ab epis noluit eis facere iusticiam. Excōicatio. vij. casu. j.
Si exegit vel exigi fecit pedagia a personis ecclesiasticis vel alia onera. ibidem casu. v.
Si xpianos naufragiū patientes spoliauit bonis. ibidem casu. x.
Si grauauit personas ecclesiasticas vel eorum ꝓsanguineos. quia noluerunt eligere quem volebat. ibidem casu. xiij.
Si regalia vel custodiam ꝛ hmōi sibi vsurpauit in ecclesijs vacantibus. ibidem casu. xv.
Si extorsit absolutionem ab aliqua censura per me-

tum.ibidem casu.xvij.
Si cōpulit platos ecclesiasticos ad submittendum ei bona ecclesiarū.ibidē casu.xxj.
Si interdixit suis subditis ne coquāt.molāt. ⁊ hmōi psonis ecclesiasticis.ibidē casu.xxvj.
Si ꝓcurauit aliquem occidi facere per assassinos.ibidem casu.xxxj.
Si concessit reprezalias contra ecclesiasticas personas.ibidem casu.xxxij.
Si impediuit visitationes monialiū.ibidē casu.xxxix
Si immunitatē ecclesiasticā violauit capiēdo boies in ecclesia. vide immunitas per totum.
Si pñtauit indignos existens patronus alicuius ecclesie. vide Jus patronatus.§.xviij.
Si fecit ꝓmoueri indignos ⁊ si pro pecunia.qz vltra mortale est simoniacus.vide Simonia.iij.§.j.
Si voluit qꝫ ꝓmo beneficia ab ipso peterent qꝫ a papa mortale est:nisi aliq̄ rōnabili causa faceret puta ne indignis darentur ⁊ hmōi.
Si fidē seruauit ꝓmissam.vide pactū.§.iiij.
Si soluit seruitoribus suis ⁊ creditoribus vide Solutio.§.xxv.
Circa ecclesiasticas psonas.⁊ primo circa clericos in communi.
Si est irregularis ⁊ quando vel quō incurrit habes Jrregularitas.j.per totum.
Si est suspensus.⁊ in quibus casibus incurrat eā vide Suspensio.j.per totum.
Si recepit ordines simoniace vel a simoniaco . vide Simonia.vj.§.ix.
Si recepit ordines in pctō mortali.vide ordo.ij.
Si executus est ea que sunt ordinis in pctō mortali. vide Cleric⁹.viij.⁊ Eucharistia.ij.§.v.⁊ Eucharistia.iij.§.xv.⁊.xxiij.
Si existēs excōicatus vel interdictus aut suspensus ministrauit.vide Jrregularitas.j.
Si nō portauit tonsurā vel habitū.vide apostata.§.j.⁊.ij.⁊ Clericus.iiij.§.j.ij.⁊.iij.
Si immiscuit se negocijs secularibus.vide Clericus ix.§.iij.cum sequen.
Si exercuit inhonesta clericatui.vide Clericus.x.per totum.
Si est debite litteratus. vide Clericus.ij. per totum. ⁊ Epūs.§.xxvj.
Si fuit ordinatus añ etatē debitā. vide Etas p totū.
Si dimisit horas canonicas dicere. vide Hora.§.iij. cum viij.§.se.
Si dicendo volūtarie se occupauit in aliquo alio. ibidem.§.xxvj.
Si nō bñdixit mensam.nec gr̄as reddidit post cibuz. vide Clericus.xij.
Si exercuit officium ordinis sine debitis paramētis vel mō.vide Missa.§.xxxv.
Si celebrauit in ecclesia polluta.vide Consecratio ecclesie.§.viij.
Si celebrauit tempore interdicti. vide Jnterdictum vij.per totum.
Si celebrauit ad faciendū maleficia. vide Missa.§. liij.
Si celebrauit non ieiunus. ibidem.§.iij. cum duob⁹ sequentibus.
Si in altari execrato.vide Altare.§.ij.
Si plus qꝫ semel in die.vide Missa.§.iiij.
Si cum hostia vel vino corruptis. vide Eucharistia i.§.j.cum sequen.
Si cū euagatione mētis.vide Missa.§.xij.
Si nimis raro celebrauit.ibidem.§.xliij.
Si ante diem.vide Eucharistia.iij.§.xxxvj.⁊ Missa §.xl.
Si existens in aliquo notorio delicto. vide Clericus viij.§.iij.
Si habita pollutione celebrauit eadem die. vide Eucharistia.
Si ꝓmisit alicui dicere missas ⁊ non dixit.vide Missa.§.v.cum sequen.
Si existens bigamus portat tonsuram. vide Bigamia.§.xij.
Si nimiā habet cōuersationē cum mulieribus. vide Clericus.v.§.ij.⁊ alijs sequen.
Si participauit cū excōicatis in diuinis vide excōicatio.v.casu.iiij.⁊ excōicatio.viij.§.iij.
Si fuit falsarius litterarū apostolicarū. vide Excommunicatio.v.casu.iij.
Si sepeliuit interdictos.excōicatos vel vsurarios.vide excō.vij.casu.xxviij.⁊.xxxvj.
Si vsurarijs manifestis alienigenis domos cōcessit ad fenus exercendū.ibidē casu.xxxij.
Circa beneficiatos vltra predicta interrogetur de infrascriptis.
Si obtinuit bñficium per simoniā vel per preces carnales aut aliud turpe. vide Adulatio.§.ij. et Simonia.iij.⁊.v.⁊.vj.per totum.
Si est indignus ꝓpter lr̄aruz ignorantiā vel aliud canonicū impedimentū.puta qz infamis. irregularis corpe viciatus ⁊ hmōi.qz sic tenet resignare in manus valentis accipere resignationem. de quo vide Bñficium.§.xliij.⁊ nisi fuerit cū eo dispensatū.vel in casu.vide Corpe viciatus.§.iiij.
Si obtinuit beneficium nō intendens clericari. vide Clericus.vij.§.v.⁊.vj.
Si ꝓmutauit bñficia vide ꝓmutatio.§.iiij.
Si renunciauit beneficio simoniace. vide Renunciatio.§.ix.⁊.x.
Si facit residentiam in beneficio suo. vide Clericus vij.in multis.§.
Si habet plura beneficia quoz vnum sufficeret.vide Beneficium.§.xxxiij.
Si fecit quattuor partes de fructibus beneficij .vide Clericus.iij.§.j.
Si habens patrimoniū seruauit vt viueret de ecclesia.ibidem.§.ij.
Si expendit fructus beneficij in vsus inhonestos. ibidem.§.iiij.
Si male tractauit ecclesiam et eius edificia vide Clericus.iij.§.j.
Si vasa ⁊ paramenta ad diuinum cultū tenet immūda.vide Vasa sacra.
Si alienauit bona ecclesiastica que seruando seruari poterant sine legitima causa ⁊ cum debita solennitate.vide Alienatio.per totum.
Si locauit sub annuo censu vices suas alteri.vide simonia.ij.§.xxv.cū duobus sequentibus.
Si induxit ad vouendum vel iurandum de eligenda sepultura i sua ecclesia.vide Excōmunicatio.v.casu.xiij.
Si leges vel phisicam audiuit. vide Excommunicatio.vij.casu.vij.
Si habentes eligere nō elegerūt meliorem. vide Electio.§.xxj.
Si appetiuit epatum aut prelationez superiorē vide

Eps. §. ij.
Si male administrauit bona ecclesiastica. vide Administratio.
Circa prelatos habentes iurisditionem. maxime episcopos vltra predicta.
Si electus fecat se confirmari. vide Confirmatio prelatorum. per totum.
Si nō correxit publicos criminosos. vide Correctio j. §. iij. & Eps in pn. §. x.
Si posuit indignos in officio vel bñficio. vide Epus §. xviij. & Administratio. §. ij.
Si fuit nimis pomposus in ornatu & bmōi. vide Ornatus. per totum.
Si indebite dispēsauit in votis: bēs votū. iiij. p totū.
Si in alijs. vide dispēsatio. in pn. cū multis. §.
Si aliquid exegit pro licentia ministrandi vel docendi. vide Magister. §. xv.
Si contulit ordines indebite quibus nō debebat vel quando. vel non mō quo debebat. vide Ordo. j. ij. iij. iiij. v. vj. & vij.
Si non examinauit ordinandos: sed ordinauit indignos. vide Ordo. iij. §. xxiij.
Si sacramentū confirmationis non tenuit notabilis negligētia: videtur mortale. vide Confirmationis sacramentum. §. j.
Si chrisma & oleū sanctū non cōsecrauit in cena dñi omni anno. vide Oleum. p totum.
Si non fecit p̄secrationes ecclesiarum altariū & vestimentoꝝ q̄bus debuit: est graue pctm̄.
Si non habuit testes synodales. de quibus vide Eps §. x.
Si non visitauit singulis annis dioces̄im. ibid̄. §. xij.
Si non deputauit in ecclesijs cathedralibus & conuētualibus viros ad predicandas & audiendas confessiones. vide ibidem. §. xiij.
Si ordinauit in diaconum vel subdiaconum q̄ nescit officium. vide ibidem. §. xv.
Si nō est vsus lineis si nō erat religiosus. ibidem.
Si non seruauit nec fecit seruari canones. vide Eps §. xxij.
Si cōtulit beneficia simoniace. vide simonia. vj. p totum.
Si plura ptulit vni. vide Beneficiū. §. xxiij. & xxxvij
Si ratione consanguinitatis. vide Acceptio personarum. §. iij. & §. x.
Si non prouidit de beneficio illis quos ordinauit. vide Beneficium. §. x.
Si visitando accepit munera ipse vel aliquis de suis vide Visitatiōnē. §. iij.
Si posuit indebitas collectas vide Talliam in pn. & §. j.
Si vsurpauit bona vacantium ecclesiarū vide Beneficium. §. xxxix. & xl.
Si non soluit debita iuste contracta a suo predecessore. vide Dignitas. §. j.
Si q̄stuarios pro lucro permisit indiscreta p̄dicare. q̄ tenent ipi reddere rationē dño de omni malo. & satisfacere subditis de oīni dāno dato ꝓpter boc. c. fi. de iniur. & vide simonia. iij. §. viij.
Si incerta sibi appropauit. vide Restitutio. ij. §. xiij & xv.
Si testamenta & legata non fecit implere. vide Executor. §. xj.
Si non tenuit bonum vicariū cū ipe non attendat: tenetur de omni dāmno.
Si iniustam sententiam dedit et alia supradicta de iudicibus.
Si in excōicando non seruauit debitam formam. vide Excōicatio. ij. per totum.
Si in diebus festiuis non interfuit diuinis. vide Hora. §. xxv.
Si exemptos molestauit indebite mortaliter peccauit si in aliquo notabili hoc fecit.
Si consecrauit coruptam scienter pro moniali. vide Consecratio virginum.
Si visitauit monasteria monialium. & fecit vt seruēt clausuram. vide. s. exceptio. §. x.
Si hospitalarios visitauit & fecit vt facerēt debitum. vide Hospitale. §. ij. & vlt.
Si dedit malū exemplū subditis. vide exemplum.
Si magistrū tenuit in ecclesia. & fecit in alijs teneri p pauperibus et clericis. vide Magister. §. vij. et. s. Eps. §. xij.
Circa confessores. Si audiuit confessiones nō babēs auctoritatē. & si vis scire si babes auctoritatem: vide Confessor. iij. per totum.
Si absoluit a quibus non potuit vide quid pōt confessio. iij. & v. & Casus. & a q̄bus excōicationib⁹ babes Absolutio. j. §. j. & iij. iiij. & v. & Absolutio. ij. in pn̄. & per totum. & de modo absoluendi Absolutio. iij. per totum.
Si absoluit manifestos vsurarios. vide vsura. ij. §. viij.
Si dispensauit sine auctoritate. q̄ peccauit mortal̄r.
Si nimis festinanter interrogauit vel non interrogauit. vide hic in pn̄.
Si interrogauit quod non debuit ex delectatione vide. s. §. j.
Si reuelauit confessionem. vide Confessio vltimo. p totum.
Si existens in mortali audiuit cōfessionem vide Clericus. viij. §. j.
Si audiuit confessiones p̄cipaliter ꝓpter lucrū vide simonia p̄mo p totū. & simonia. ij. §. vj.
Si habet sciētiam debitam. vide confessio. iiij. §. xxxij.
Circa predicatores.
Si p̄dicauit in mortali peccato existens. vide Predicare. §. vij.
Si habet scientiā debitā. ibidem. §. vj.
Si p̄dicauit mēdacia. vide mendaciū. §. iiij.
Si p̄dicauit ꝓpter bonorē. vide bonor. §. vij.
Si ꝓpter lucrū. vide simonia. per totū. & simonia. ij. §. vj. & simonia. iij. §. ix.
Si predicauit sine licentia. quia mortaliter peccauit totiens.
Si predicauit indulgentias indiscretas. vide Religiosus. §. lxv.
Circa inquisitores hereticoruꝫ. Si extorsit pecunias. vide Inquisitor. §. v.
Si bona ecclesiarū applicauit fisco. ibidem.
Si abusi sunt armoꝝ multitudinem. ibidem.
Si malicioſe imposuerunt crimen vel impedimentū sui officij alicui. ibidem.
Si obmiserunt ꝓcedere cōtra sciam ex amore lucro & bmōi. ibidem.
Si inquisitor vnius ordinis ꝓcessit cōtra fratrē alterius ordinis. ibidem.
Si impediuit se de diuinationibus. vide ibidē. §. iiij.
Circa religiosos in cōmuni. Si intrauit per simoniā. vide simonia. iiij. per totum.

Si intrauit latiorē babēs votū strictioris. vide Religiosus. §. xxiiij.
Si nō fuit obediēs. vide Religiosus. §. xxix.
Si ꝓpietarius fuit. ibidem.
Si contra votum castitatis. ibidem.
Si officium dixit. vide Hora. per totum.
Si seruauit alia p̄cepta regule vel ꝯstitutionū obligā tia ad mortale vide religiosus. §. xxviij.
Si elegit meliores. vide electio. §. ij.
Si infamauit alias religiōes. vide Detractio p totū.
Si voluit ꝯsentire electioni. ibidē. §. xxxvj.
Si secreta sui ordinis reuelauit in scandalum ipsius peccauit mortaliter. q̄ ꝑditor est.
Si invisitatione non reuelauit que debebat. vide Denunciatio. §. x.
Si fecit aliquid ꝯtra ea que generaliter ꝓhibent̄ religiosis. vide Religiosus. §. vl.
Si recessit a monasterio sine licētia prelati. vide Apostata. §. iiij.
Si frequētauit monasteria monialium vide Monasterium. §. viij.
Circa monachos. Si seruauit q̄ sibi p̄cipiunt̄. et q̄ sint vltra regulā. habes. j. monachus. §. x.
Circa abbates. Si habuit curā sibi cōmissoꝝ eos vita ⁊ doctrina instruēdo. vide Abbas. §. xxiij.
Si dispensauit cum eis sine causa legitima. vide Dispensatio. §. vij.
Si imposuit monasteriis aut ꝑoratibus nouas pensiones: vel auxit veteres vel applicauit sue mēse. vide Abbas. §. xxvj.
Si seruauit regulā ⁊ sibi p̄cepta. vt. j. Monachus.
Si reꝑsiuit apostatas. vide Abbas. §. xviij.
Circa abbatissam. Si fecit se bñdici vbi est consuetudo. vide Abbatissa. §. ij.
Si fecit seruari clausurā. vide monialis. §. iij.
Circa hospitalarios. Si fecit inuentarium. vide Hospitale. §. iij. ⁊. iiij.
Si tenuit hospitalitatem. ibidem. §. vl.
Si bona hospitalis conuertit ad aliū vsum. vide Legatum. ij. §. xj.
Si perierūt ex negligētia sua. vide administratio.

¶ Aduerte q̄ p̄fatas interrogationes solū posui. q̄ circa p̄dicta cōiter est mortale pctm̄ licet aliq̄n nō ꝓpter imꝑfectionē actus. ⁊ dimissi multas interrogationes q̄ sunt cōiter venialia pctā eo q̄ nō sunt necessario ꝓfitenda talia pctā: nisi q̄n dubitat an sint mortalia. Itē scdo rōne statuti obligantis ad pctā venialia cōfitenda. tm̄ tūc sufficeret cōfiteri in genere. Itē tercio videt̄ q̄ teneat̄ cōfiteri venialia q̄n esset periculū ne traberēt ad mortale. Mā cū tunc teneat̄ de ipis penitere: multo fortius cōfiteri ꝓpter euitandū mortale ad qđ inducūt q̄n hoc aduertit. Addit̄ ab aliquibus quart⁹ casus in q̄ tenet̄ q̄s cōfiteri venialia. s. q̄n nullā bz mortale ⁊ in pasca teneat̄ cōfiteri. q̄ tūc ꝓfiteat̄ venialia sed q̄ vt dixi q̄litercunq̄ quis teneat̄ ꝓfiteri venialia: sufficit confiteat̄ illa in genere: nisi in casu q̄n dubitat an sit mortale. Ideo pertranseo. ⁊ sufficit quo ad venialia confiteat̄ sic. peccaui multis modis cogitatione. delectatione. omissione. dissolutione. locutione. visu. tactu. gustu odoratu. ⁊ multis alijs modis. de quibus omnibus tam mortalibus q̄ venialibus dico meam culpam. Item non omittat confiteri oblita ⁊ ignorata sic. Item dico meaꝝ culpaꝝ de omnibus peccatis meis mortalibus que ignoro aut oblitus sum. nec vnq̄ legitime ꝓfessus forte ex mea ignorantia vel negligentia. quia valet talis confessio vt remittantur vel reducant̄ ad cognitionem. ⁊ non teneatur reiterare confessiones. q̄ruis multa fuerint. tunc oblitus confiteri si modo diligentiā ꝑm suā conditionē fecit. quibus oibus cōpletis faciat terminare peccatorem suam confessionem sic dicendo. Ideo ꝓcor beatissimam ⁊ gloriosam virginem Mariam. omnes sanctos ⁊ te patrem orare ꝓ me.

¶ Quibus peractis cōfessor increpet. corrigat ⁊ vulciter admoneat pctōrem abstinere a societatibus et causis peccatoꝝ. non tamē exigat iuramentū vel ꝓmissionē de aliquo: nisi solum de bis in quibus iurasic voluerūt vt in excōicatione ⁊ bmōi. postea imponat ei penitentiam talem quam statim possit cōplere ante recidiuationem ꝓ sacramētali. ⁊ postea aliam quā videat q̄ peccator verisil̄r faciet. vnde caueat ne imponat pniam talem quā verisil̄r nō implebit. quia esset potius illum illaqare q̄ soluere. Esset bene bonum illi notificare quā pniam meret̄ vt sic magis timeat. postea concede ei illam indulgentiā quā potes de quo circa Indulgētia. §. v. Deinde absolue eū sic Misereat̄ tui omnipotens. Indulgentiā ⁊ absolutionem. Dñs noster Jesus xp̄s te absoluat: ⁊ ego auctoritate ipius absoluo te a vinculo excōicationis maioris vel minoris in q̄tum possum ⁊ restituo te sacramentis ecclesie. Iterum te absoluo ab omibus pctis tuis mortalibus ⁊ venialibus confessis. oblitis ⁊ ignoratis ⁊ a circūstantijs eoꝝ in noie patris ⁊ filij ⁊ spiritus sancti amen. postea imponas ei sic taliter q̄ intelligit. Omnia bona que facies ⁊ mala que patienter sustinebis: impono tibi in remissionē tuoꝝ peccatorum vade in pace. Et si haberet casum vel excōicationem a qua nō posses absoluere. impone ei q̄ vadat ad eū qui eum potest absoluere. nec ingerat se sacramentis donec de eo sit absolutus nisi ratione scandali euitādi si excōmunicatio est occulta.

Intestatus quis dicit̄ decedere quattuor modis. Primo si nullū testm̄ fecit. Scdo si fecit sed nō iure. Tercio si fecit iure. tm̄ postea ruptū est postbumi natiuitate. vel irritum factū est capitis diminutione testatoris. Quarto si nulli sunt heredes ex eo testamento. vt in auc. de bere. ab intesta. in ꝓn. possunt addi ⁊ duo alij modi ex post facto. Primus. s. per querelam expugnato testamento. Scds per bonoꝝ possessionē contra tab. vide Azo. in sum. C. de suis ⁊ legitimis.

Intimiditas vñ causat̄: R. ꝑm sanctuz Tbo. scda scde. q. lxvj. q̄ aliquando ex defectu amoris ꝓximi. vt cum quis minus debito amat vitam ꝓximi ⁊ ea que ordinantur ad eam. aliquādo causatur ex elatione animi de se ꝑsumentis ⁊ alios contemnentis. aliquādo aūt causatur ex stoliditate seu stultitia.

¶ Utrū sit pctm̄: R. q̄ sic. vndecūq̄ causet̄: nisi stoliditas sit inuincibilis. ⁊ est ratio. iij. etbi. Intimiditas est contra fortitudinem ꝑ defectū nō timendi vbi eēt timendū: sicut timor contra fortitudinē per excessum timendo vbi non timendum est.

¶ Quando est peccatum mortale: R. illa q̄ causatur ex defectu amoris ⁊ elationis. tunc est mortale peccatum quādo sine necessitate exponit se periculo ꝓbabili notabilis lesionis corporis ⁊ multo magis anime. vel non curat de eius notabili lesione omittendo prouisionem debitam facere. Tercia ꝺo que causatur ex stoliditate cōmuniter est a venialibus: nisi ꝓueniat ex la-

ta culpa in his in quibus imminet periculum probabile notabilis nocumenti. ⁊ ꝓterea omittit debitam ꝓuisionē: nisi vbi soliditas est inuincibilis.

Intrusus dicit qui nō canonice: ꝫ per violentiā occupat bonores vel bñficia ecclesiastica. vñ fur est ⁊ latro. ⁊ est in pctō mortali. ⁊ tenet restituere oia q̄ inde recipit. c. grauis. de resti. spo.

Inuenta an sint restituenda: ℟. q̄ quedaz sunt q̄ fuerunt in dñio alicuius. ⁊ talia inuentes tenet restituere. immo furtū cōmittit qui ea animo nō restituendi accipit. l. falsus. §. q̄ alie nū. ⁊ §. se. ff. de fur. ⁊ xiij. q. v. c. si quid inueniſti. Siue talia amiserit dñs ipsaruz ex ruina vel incēdio vel naufragio vt. ff. de incē. rui. nau. ꝓ totum. Idem dico de iactatis in mare cā nauis alleuiāde. ff. ad. l. rbo. de iac. l. q̄ alleuiande. ⁊ ibi nō. in glo. vel q̄litercūq; amisit. ⁊ hoc verū nisi haberent ꝓ derelictis. ⁊ tūc credit Fede. ꝓsi. cvij. q. habeant ꝓ derelictis si dñs tacet. nec per se nec per alios perq̄rit. q. d. l. q̄ alleuiāde. vi det statiz ímponere necessitatē pquirēdi res amissas ⁊ sic ista negligētia non querēdi tollat ꝑmam ꝑsumptionem quā facit lex. s. q̄ non habeant ꝓ derelictis. nisi aliter ꝓstet per q̄litatem ⁊ actus de voluntate domini: cum nemo ꝑsumat iactare res suas. d. l. falsus. §. si iactantium. ⁊ d. l. qui alleuiande. qđ no. p limitatione eoz que dico. ff. naufragiū. §. iij. nec talia inuenta quādo non habent ꝓ derelictis pñt vsucapi. quia in eis deficit titulus ꝓ derelicto. vt in. l. si q̄s merces. ff. ꝓ derelicto. Unde cōsuetudo aliquoz qui iactata in mari vel a fluminibus portata occupāt videtur ex presse reprobata p. d. l. qui alleuiande. ⁊ ibi glo. nō. et lz loquat de iactatis in mari: tñ idem est de ablatis a flumine cum parū differant ab illis. vt dicit tex. insti. de re. diui. §. vlt. facit auf. naufgia. C. de fur. Quedaz sunt q̄ nunq̄ fuerunt in dñio alicuius vt lapilli in littore maris. fere siluestres ⁊ hmōi. ⁊ talia fiunt occupantis: siue bestie capiant in fundo ꝓprio siue in alieno: dummō nō fuerit ꝓhibitus intrare a dño fundi. Siue fuerint antea vulnerate ab aliquo: dummō eas non ꝓsequeretur. insti. de re. diui. in multis. §. ⁊ ff. de acq̄. re. do. l. iij. nisi secus sit de ꝓsuetudine. q. tunc stabitur consuetudini. l. q̄ si nolit. §. q̄ assidua. ff. de edil. edi. ꝑm glo. in. d. l. iij. §. illud. Silr si essent capte i rbe te alieno: non credo sit accipientis: ꝑm glo. in. l. in laqueū. ff. de acq̄. re. do. ⁊ insti. de re. di. §. singuloz. lz rigoz iuris videat velle q̄ sint capientis ibidē. Fere vo siluestres: sed domestice facte. sicut pauones colūbe. apes in alueo ⁊ hmōi tādiu sunt possidētis q̄diu habēt animū reuertēdi domū. sed si bis aufugiāt: nec boris debitis non impedite reuertunt: fiunt capientis. q. ꝓsuetudo inducit per binū actū. l. iij. C. de epi. au. ⁊ sic non dicunt habere animū reuertēdi. Unalia vo naturaliter domestica: vt galline ⁊ hmōi. sp sunt dñi ⁊ capiens ea tenet restituere cū fructibus. puta ouis ⁊ hmōi. §. gallinaz. insti. de re. di. ⁊ ff. de acq̄. re. do. l. naturalem. §. pauonum.

¶ Utrū inueniēs thesaurū teneat restituere: ℟. q̄ si in suo solo inuenit: sic suū erit. si vo in alieno solo et a casu. sic medietas erit sua. ⁊ alia medietas erit dñi soli. Si vo data opa totū erit dñi fundi. insti. de re. di. §. thesauros. ⁊ C. de thesau. l. vnica. nec est verū qđ dicit glo. in. c. si q̄d. xiij. q. v. q̄ inuētus in loco sacro vel religioso sit inuentoris: sed erit ꝑm distinctionē p̄dictā. vt expresse patet in. d. §. thesauros.

¶ Quid de terra p alluuionē addita terre alteri: ℟. distinguēdo. q. insula nata in mari est occupātis. Jn medio vo fluminis est cōis habētibus p̄dia iuxta flumē ex vtraq; parte. si vo nō est in medio: est illi? cui? est ꝓximior. ager vo a flumine diuiso circūdatus remanet cui? erat. Et si flumē mutat alueū primus alueus efficit eoz q̄ p̄dia circa eū habēt. ⁊ sccs alueus est publicus. ⁊ si reuertit ad primū sccm alueus erit eoz qui habēt p̄dia circa eū. Silr ager inundat? ipsa aqua recedente: remanet eius cuius erat. hec habent insti. de re. di. §. insula. ⁊ sic serua: nisi cōsuetudo sit in contrarium vel statutum.

¶ Sed quō tenet restituere ille q̄ nescit cuius sit: ℟. q̄ si res nō habebat ꝓ derelicta: tenet facere denūcia re publice. ⁊ si post nō cōparet cui? sit: erogabit i pauperes: ꝑm Do. vel si ipe est paup: retinebit aucte epi vel sui ꝓfessoris ꝑm Ray. ⁊ orabit ꝓ illo cuius erat. Si vo ꝓbabiliter pōt ꝑsumere q. dñs eā habebat ꝓ derelicta: sic poterit vsucape. l. idē qđ. ff. ꝓ dereli.

Inuestitura ꝓprie est possessionis rei tradītio. Jmpropꝛie aūt est alī cuius corporei loco possessionis in manib? positio. vnde quādo dñs dat vasallo bastā vel aliquod simile dicēs se facere inuestituram (vt in ti. quid est inuestitura) inuestire dicitur.

¶ Utrū sit fienda coꝛā testib?: ℟. q̄ sic. nō q. nō vale at sine testib? ⁊ instrumēto: sed vt veritas ꝓbari possit. ⁊ q̄dē si fiet de bñficio nouo. tunc si pares. i. vasallos bz coꝛā ribus vel saltē duobus ex eis tenet facere. si vo pares. i. alios vasallos nō bz faciat coꝛā aliis idoneis testibus. Si aūt inuestiat de veteri bñficio: pōt fieri coꝛā q̄buscūq; idoneis testib?. vt i ti. q̄ testes sunt necessarij. ⁊ etiā si est clericus q̄ inuestiturā facit de rebus ꝓfanis. de rebus vo ecclesie admittunt oēs testes idonei ꝑm Hosti.

Inuidia ꝑm Gaū. lib. ij. est dolor de alienis bonis. sed aduerte q. cū obiectū tristicie sit malū ꝓprium. ideo de bono alteri? pōt esse tristicia ꝓut appbēdit vt malū ꝓprium. ⁊ ꝑm ℟ q̄druplicit. Primo mō inq̄tū ex eo nob aliq̄d periculū imminet scz ne ab eo ledamur. ⁊ hec tristicia nō est inuidia: sed effectus timoris: vt dicit phs. ij. rethо. ⁊ pōt esse sine pctō: vt dicit Gre. xxij. moꝛ. Alio mō appbēdit inq̄tū est diminutiuū ꝓprie glie vel excellētie. ⁊ hec tristicia est ꝓprie inuidia ꝑm phm vbi. s. ⁊ ex genere suo ē pctm̄ mortale. Job. v. puulū occidit inuidia. cuz sit ꝫ charitatē. Sunt tñ ꝑmi motꝰ inuidie q̄nq; etiā in pfectis ex surreptione q̄ sunt venialia pcta. ⁊ est sile de inuidia puuloz in quib? nōvere est vsus rōnis ⁊ de motu inuidie ꝑm q. est passio sensualitatis. Tercio mō appbendit bonū alteri? inq̄tum deest nobis qđ alī? bz. ⁊ sic tristat. ⁊ hec tristicia nō est inuidia ꝫ ꝓprie dē zelus ꝑm phm vbi. s. ⁊ si est de bonis honestis ē laudabilis. ꝑm illud. j. Coꝛ. xij. Emulamini charismata meliora. Si aūt sit de bonis tpalibus aut de bonis inhonestis pōt esse pctm̄ ⁊ sine pctō. ⁊ aliq̄n cum mortali. puta cū talia sunt ꝫ deū. Quarto mō appꝛehendit bonū alterius ꝓut pōt cedere in damnū multoꝝ iniuste. ⁊ sic non est inuidia ꝑm Greg. nec pctm̄. puta cū quis tristat de ꝓsperitate alicuius tyranni. quia videt q. magis tyrannizabit.

¶ Quot sunt eius filie: ℟. ꝑm Gre. xxxj. moꝛ. v. s. odium. susurratio. detractio. de q̄bus habes in locis suis. exultatio in aduersis ⁊ afflictio in ꝓsperis ꝓprii. q̄ntū eueniūt ꝓprio ꝫ conatum inuidētis. ꝫ q̄ tri-

stat̃ ꝛ pſperis ꝑm q̃ bñt quandã gl̃iam: ſic eſt inuidia: nõ eius filia. Emulatio vo ⁊ inuidia idẽ ſunt generaliter. lz ꝓprie inuidia attẽdatur in actu interiori. Emulatio vo in actu exteriori vt dicit gl. ſuper illud Gal. v. emulationes. inuidie.

Pocriſis vide Simulatio.

Ypotheca quid ſit. et de ea vide Pignus per totum.

Ira eſt quedã paſſio appetitus ſenſitiui ꝓprie qua q̃s vindictã appetit. q̃ quidẽ paſſio intantũ eſt bona inq̃ntum regulat̃ a rõne. Si vo ordinẽ rõnis excludit eſt mala. ordo aũt rõnis in ira põt attendi q̃ntum ad duo. ꝓmo q̃tuz ad appetibile in qđ tendit qđ eſt vindicta. vñ ſi q̃s appetit q̃ ꝑm ordinẽ rõnis vindicta fiat: ſic dicit̃ zelus. ⁊ eſt laudabile. Si aũt appetat q̃ fiat vindicta q̃litercũq; etiã ꝑ ordinez rõnis: ſic eſt ira ex genere ſuo pctũ mortale. qz ꝓtriat̃ charitati ⁊ iuſticie. poſſet tñ eſſe pctũ veniale ꝓpter impfectionem actus. ⁊ hoc vel ex parte appetẽtis. vt cũ appetitus pꝫuenit iudiciũ rõnis. nec ſequit̃ cõſenſus ad eũ vel ex parte appetibilis: vt cũ appetit in modico vindicare. qđ ſi inferat̃ nõ erit mortale: vt trahere puerũ per capillos ⁊ hmõi. Scđo attendit̃ ordo rõnis in ira q̃tũ ad modũ iraſcẽdi. vt. ſ. motus ire nõ immoderate ſeruescat interius vel exterius. qui ordo ſi ꝑtermittatur nõ erit ſine pctõ etiã ſi iuſtã appeteret vindictã. ℔ nõ erit mortale ex gñe ſuo. ℔ poſſet eẽ mortale pctũ: puta ſi ex vehemẽtia ire excidat a dilectiõe dei vl̃ ꝓximi.

1 ¶Quõ ꝓgredit̃ ℟. q̃ tres bz modos. ſ. ꝓmo in corde vindictã appetẽdo ꝛ de quo Matth. v. Qui iraſcit̃ fratri ſuo. ſ. p iram mortalem. Scđo in ſignis manifeſtatur. ⁊ iõ ſubiũgit. q̃ dixerit fratri ſuo Racha. quod eſt interiectio iraſcẽtis. Tercio in facto nocumentuz inferendo liuore vindicte. ſi primus gradus eſt mortalis. multo magis ſcđs eſt grauior. tercius eſt grauiſſimus ſi deterius noceat.

2 ¶Quot ſunt eius filie? ℟. Greg. xxx. moꝛ. q̃ ſex. ſ. rixa. tumor mẽtis. ꝓtumelia. clamor. indignatio ⁊ blaſphemia. adde. vij. ſ. bellum. ⁊. viij. ſ. maledictio. ⁊. ix. ſ. ſeditio. ꝛ de quibus in locis ſuis.

Irregularitas eſt impedimẽtũ ſeu repulſio executionis diuini officij ſeu ſacri ex canonica ꝓſtitutione ꝓueniẽs arg. ꝛ tẽ. or. c. vl. ⁊ dr̃ ſtricte irregularitas q̃ſi ex regulas aliox q̃ ad ordinationẽ. qz requirit̃ diſpẽſatio. dr̃ etiã magis large irregularis q̃ nõ põt miniſtrare i ſuſceptis nec aſcẽdere ad maiores. hec introducta eſt a iure poſitiuo. vt. ij. q. vij. §. itẽ Daniel. lz i veteri teſtamẽto fuerit ꝓordinata i ꝑſona Dauid. ꝛ ꝑſe. di. j. c. j.

1 ¶Irregularitas in q̃bus caſib̃ incuurrit̃ ipſo iure? ℟. q̃ aliq̃n ex delicto. aliq̃n ex defectu corꝑis. aliq̃n ex defectu ſacri. ꝛ de q̃bus habes p totc. in c. niſi cũ. §. ꝑſone vo. ꝛ renũ. ſed ꝓ clariori intelligẽtia: caſus ex quibus aliq̃s efficit̃ irregularis. hoc eſt q̃ non põt ꝓmoueri. vel ſi ꝓmotus nõ põt exercere ſuũ officiũ: explicabo inferius. qui reducunt̃ ad. xxiij.

2 ¶Primo ex homicidio vel ex trũcatione aut mutilatione membroꝝ. vt. ſ. Homicidiũ. v.

3 ¶Sed quid ſi fuit in leuiſſima culpa homicidij? ℟. q̃ nõ eſt irregularis. Facit tex. in. c. queſitum. ꝛ pe. ⁊ re. in ver. verũ ſi per incuriã. ⁊ ibi no. Pe. ⁊ per hoc limita ⁊ intellige quod dixi. ſ. Homicidium. ij. in prin. ⁊. j. §. xvij.

¶Utrũ clericus rñdens iudici ſic. ꝓ tali crimine ꝛ 4
beat̃ pena mortis: ſit irregularis? ℟. Pa. i. c. ex lr̃is. ꝛ excel. ꝑla. ſic diſtinguẽdo ꝑm Hoſt. q̃ aut crimẽ immi net puniendũ de pñti. ⁊ ſic ſi ex ꝓſilio ſuo generali vl̃ ſpali ſequat̃ homicidiũ ẽ irregularis. in. c. ſi q̃s viduã l. diſt. Si vo ex ſua rñſione nõ ſequit̃ homicidiũ. quia oino iudex erat diſpoſitus illũ occidere. ⁊ iſte interrogatus fuit a q̃dam alio ⁊ hmõi: ſic nõ eſt irregularis. Sil̃r nõ eſt irregularis q̃n crimẽ non imminet puniẽdum de pñti. q̃uis rñdeat q̃ meret̃ mortem. Et ſic intellige glo. in. d. c. ex lr̃is.

¶Utrũ exiſtẽs in bello ſi aliq̃s ibi occidat̃ ſit irregu- 5
laris: lz ipe nõ occiderit? ℟. q̃ ſi bellum eſt iniuſtum oẽs irregulares ſunt q̃ fuerunt ex parte iniuriantium ſi illuc iuerunt vt bellantibus ꝑſtarent auxiliũ. ꝓſiliũ vel fauorẽ. multo magis ſi vt aduerſarios ledereꝫ ꝑm Inno. ⁊ Ho. in. c. petitio. ꝛ bomi. ſecus ſi cã pacificã di vel cã iuſta iuerũt. ar. a ꝗo ſenſu. in. c. q̃ntum. l. di. ⁊. c. ꝑſbm. ꝛ bomi. tamẽ verũ eſt ꝑm Ray. ⁊ Rod. ⁊ Bul. q̃ ab eſo poterit cũ ꝑdictis diſpenſari.

¶Utrũ exiſtẽtes ex pte ſe defendentiũ in bello iuſto 6
ſint irregulares? ℟. q̃ ſic: oẽs qui occidũt: niſi ſit taliſ neceſſitas q̃ alꝫ ꝓpriã vitã euadere non poſſint. Alij aũt q̃ nõ occidũt nec mutilãt nõ ſunt irregulares: licz ibi multi occidant̃. immo lz clericis hortari ad belluz ſi ſit ꝫ rẽpublicã aut eccliam aut fidẽ catholicã. nõ tñ arma ſumere. vide. ſ. bellum. §. iiij. vñ Pa. in. c. pe. ⁊ vl. de cle. pcu. refert. ⁊ ſequit̃ Ho. tenentẽ. q̃ clerici q̃ ꝑſtat opẽ oppꝑſſis vel obſeſſis iniuſte. ⁊ adiuuat repellentes iniuriã. ꝓiciendo lapides ⁊ hmõi: dummõ neminẽ ipe occiderit. q̃ nõ eſt irregularis.

¶Utrũ prelati ⁊ alij q̃ interſunt vindicte ſanguinis 7
ſint irregulares? ℟. q̃ nõ ꝑm Aſten. niſi ad hoc dederint auxiliũ. conſiliũ vel fauorẽ. vel niſi interſint tãq; auctem ꝑſtantes vt habeat̃ in. c. lr̃is. ꝛ excel. ꝑla. Pa. tñ in. d. c. lr̃is. tenet. q̃ tales ꝑlati ſi habent iuriſditionẽ tpalem ibi. q̃ efficiunt̃ irregulares exhibẽdo penitentiã vbi vindicta fit ſanguinis ſi moꝛs vel mutilatio ſequit̃. qz videnꝫ ꝑſtare opẽ. l. diſt. ſi q̃s viduã. ſecꝰ de ꝑlatis q̃ nõ bñt iuriſditionẽ tpalẽ in loco. ꝗuiter tñ peccãt. qz ꝑ. c. ſniam. ne cle. vel mo. faciunt.

¶Quid de ꝑlato q̃ nõ liberat boiem ab iniuſta mor- 8
te cũ põt. vel nõ paſcit fame morientẽ cum poſſit? ℟. Aſten. q̃ lz mortaliſſime peccet. nõ tñ eſt irregularis. qz lex ꝓmotionis factũ reqrit. xv. q. j. ſi q̃s iratus. ſed ego credo potius ꝫuũ. ſ. q̃ ſit irregularis. q̃n ſciẽter ⁊ voluntarie ꝓmittit eũ moꝛi ſi tñ moriat̃. ar. c. petrus. ꝛ bomi. ⁊. c. matthęus. ꝛ ſimo. qz in iſto caſo non ſolum eſt omiſſio ſed etiã cõmiſſio. ſicut ⁊ in dictis iuribus patet.

¶Utrũ verberãs aliq̃ cã correctionis ſi ex vulne- 9
re mortuus ſit efficiat̃ irregularis? ℟. q̃ ſic dũmõ ex illo vulnere ſit mortuus. ſecus ſi deceſſiſſet alia infirmitate ex vulnere nõ ſecuta. c. ꝑſbm ⁊. c. de cetero. et c. ad audientiam. ꝛ bomi.

¶Quid ſi poſtq̃ cõualuit recidiuauit? ℟. q̃ nihilo- 10
minus irregularis eſt. qz ſp cã ſubfuit. ꝛ pe. diſt. iij. ſi q̃s ſel. ⁊. d. c. ad audientiã. no. ber. in. d. c. ꝑſbm. quod credo q̃n recidiuũ fuit ſine culpa alia. ar. c. ꝓterea. ꝛ de. ꝑcuſ.

¶Quid de illis q̃ ſil̃ ꝓiciunt lapides. ⁊ lapis vnius 11
aliq̃s interfecit? ℟. q̃ oẽs ſi ignorãt a q̃ ꝓiect? ſit ꝛ bẽt abſtinere ab officio. ar. c. ſignificaſti. el. ij. ꝛ bomi. ꝑm Goff. Facit. c. ꝓtinẽtia. ℞ de. ꝑcuſ. alij ꝫdicũt dicẽ ꝗo: neminẽ in dubio repellendũ. ar. d. c. cõtinẽtia. ⁊. c.

petitio. de bomi. dz intelligi qñ ꝓscia eum remordet. An̄ nemo eor est repellēdus nisi se repellat. ar. c. presentiū. de cle. pcus. Host. tenet q relinquēdi sunt conscietie sue. ⁊ ideo si aliq̄bus ex eis videt q ipi neminē interfecerūt: nō erunt irregulares. Si vo ꝓscia eis dictat q sic: sic abstineant. d. c. significasti. ⁊ hoc tene in ꝓicientibus in iniusto bello. secus crederē si cā lucri ⁊ nō adhibita debita diligentia.

12 ¶Quid de clericis q̄ cū aliis trahūt ad māganellos vñ aliq̄s occisus est aut ꝓbabiliter credit? R. q irregulares sunt. c. sicut dignū. de bomi. Alij aūt dicūt q licet clericis turrim vel murum impetere ⁊ machinis impugnare ⁊ suffodere. lz nō liceat eis ꝓsonaliter pugnare. vñ si bomicidiū ex hoc facto ꝓter eor intentionē euenerit: nō imputabit eis. sed q sint irregulares videt tutius: etiam in bello iusto.

13 ¶Quid de illo q̄ dicit ducētib⁹ latronē. claudite os ne clamet. vel videte ne tales liberēt cū? R. q irregularis est si mors ꝓbabiliter fuisset impedita. alꝫ non.

14 ¶Quid de interrogato si talem vidit ⁊ indicat. vel si nō pōt ire nisi p duas vias. dicit q p istā nō iuit. ⁊ illi cū insequētes occidūt? R. q si sciuit vel scire debuit q ꝓsona talis q̄rebat ad mortē vel mutilationē irregularis est. secus si ꝓbabiliter credidit q ꝓter aliaz causam ⁊ eius intentio nō fuit corrupta ꝑm Rodo. ⁊

15 ¶Utrū clericus qui pugnātibus (Guil. duran. arma ministrauit sit irregularis? R. q sic: si aliq̄s occidat. arg. c. sic dignū. de bomi. Et appellatiōe armorū veniūt etiā fustes ⁊ lapides. ff. de ver. sig. l. armorum. ꝑm tñ Inno. ⁊ Ho. in. c. sniam. ne cle. vel mo. non est irregularis clericus si in bello iusto ministret balistaz alicui tñ vt se defendat ⁊ sua nec credit illū aliquem velle occidere. ⁊ tñ se defendere ⁊ sua. silr si lanceam vel ensem ministret tñ vt se defendat. ⁊ tñ ille occidit sic videt dicendū etiā vt in ꝓmo casu. sed tutius ē dicendū ꝑm Ho. vbi. ⁊. q in vtroq; casu sit irregularis. q nō licet clerico ministeriū ita immediatū in mortē alicuius ꝓbere. de penis. c. qd in dubijs.

16 ¶Utrū clericus q̄ cū socio latronē capit ⁊ ligat ⁊ postea clerico insscio socius latronē ne fugiat occidit? R. q irregularis est. q fines licite defensionis excessit. c. suscepimus. in glo. de bomi.

17 ¶Quid de illo q̄ vadēs ad spaciū sup equū q̄ ex petulantia fractis habenis occidit puerū? R. q nō est irregularis. q nec volūtate nec facto occidit. nec rei illicite dabat operā. Facit. c. dilectus. de bomi. dicit tñ ibi Ber. q si de facili frenū potuit frāgi: erit irregularis. arg. c. significasti. el. j. de bomi. vel si ꝓter eius impericiā equus lasciuiuit. vt insti. ad. l. aquil. §. impetu q̄q. vel ꝓter eius impotentiā. silr si q̄ debuit ꝓuidere ⁊ facere nō ꝓuidit nec fecit. d. §. impetu quoq;.

18 ¶Utrū portātes ligna ꝓter zelū fidei ad cremandū hereticos sint irregulares? R. ꝑm Rodo. q si ligna q̄ portauerūt sint coopata ad mortē: sunt irregulares ⁊ a papa solū dispensandi. Si aūt nihil coopauerunt. puta q iam erat mortuus anteq̄ fuissent accensa: sic nō sunt irregulares. vel saltē eps pōt cū eis dispensare. si aūt dubitāt: sic sine dispensatione pape nō debēt ministrare nec ꝓmouean̄. c. hi q̄. l. di. c. ad audienti.

19 ¶Utrū clericus bñdicens aquā (am. de bomi. feruentē vel ferrū candēs vel pugiles sit irregularis? R. Ray. q sic si mors sequat. ⁊ Ro. dicit ꝫ eē tutius tenere. vide. ꝫ. etiā de ꝫ Homicidiū. j. ⁊. ij.

20 ¶Sed ꝓ maiori intelligētia oīm p̄dictor nota aliquas regulas. Prima est q nec iudex alicꝫs vel mgr seu doctor in dubio debz aliquē iudicare irregularem ar. de pe. di. j. §. pene. Secda q in dubio q̄libet dz se reputare irregularē. vt in. d. c. ad audientiā. ⁊ iō in foro aie maxime qñ q̄s nō est de ꝫ infamatus est relinquēdus ꝓscietie sue. vt in. c. ex lris. de bomi. bas duas ponit Host. in. d. c. ad audientiā. Tercia est q ad ꝫ vt q̄s incurrat irregularitatē ex bomicidio: est necesse q interueniat vel cōsiliū vel preceptū vel factū vel defensio vel coopatio occidētis. hāc ponit Inno. in. d. c. ad audientiam. Quarta est q oportet q cā bomicidij vt sit irregularis sit ꝓpinqua. ff. ad. l. cor ne. de sic. l. nihil interest. secus est de remota cā seu occasione. Nō tñ iō q faber cultellū facit bomicida est. c. tua. de bomi. j. rū. ⁊. d. c. exhibita. ⁊ hoc verū ꝑm Ber. de cā remota nisi animū nocēdi habuerit. aut minorē diligentiā habuit q̄z deberet habere. vel nō cogitauit q̄ cogitare debebat. c. ꝓbam. in fi. de bomi. Quinta regula. q infans occidēs nō est irregularis nisi sit doli capax. de furiosus. de bomici. no. Pa. in. c. j. de delic. pue. ⁊ Jo. an. ibidē. vbi ponit exemplū Greg. de puero. v. annorū blasphematore rapto a dyabolo. Silr dic de furioso. Facit ꝓ ꝫ. l. j. C. de fal. mo. Sexta regula q existēs solū in culpa leuissima bomicidij nō est irregularis. vt. s. in. §. ij. dictum est.

¶Utrū ꝓlatus q̄ subditū suū q̄tumcūq; deliq̄rit in carcerat cū tali afflictione q in paucis diebus morit sit irregularis? R. Jo. de lig. in cle. j. de pe. ⁊ re. q sic ⁊ ideo dicit q carcer non debet esse nimis crudelis. nec dz tantū eor vita attenuari q in paucis dieb⁹ verisimiliter moriat. ⁊ pane ⁊ aq̄ sustentari: sicut vult. c. nō mīn⁹. de ꝫ. sig. sect Pa. in. c. cū nō ab hoīe. de iudi. 21

¶Secdo ꝓtrahit irregularitas accipiēdo ordines in excōicatione maiori existendo. vt in. c. j. de eo q̄ fur. ⁊ in. c. cū illor. de sen. excō. Et licet inferior a papa talē possit aliq̄n absoluere ab excōicatione in qua erat. nō tñ poterit dispensare secū in tali irregularitate nisi de mādato pape: siue scienter in excōicatione existēs ordines accepit: siue ignorāter. s. facti memoriā nō hns aut ex ignorātia iuris: ꝫ nō credēs sibi esse ꝓhibitus. vt in. d. c. cū illorū. Si tñ efficiat talis religiosus post laudabilem puersationē p aliqd tps in religione pōt eps cum eo dispensare auctoritate aplica. vt in. c. fi. de eo q̄ fur. or. Dispensat etiam abbas cū monachis ꝑm q dictū est. s. Abbas. Et qd dixi de excōicato: dz locī ꝑm Ray. in suspēso vel interdicto: vel simplr vel aliis ordinibus si ipsos recipit sic suspensus. 22

13 ¶Utrũ vendẽs oñia iura q̃ habet in tali villa q̃ non est sua intelligat̃ vendere iuspatronatus qđ ibi habet: Rx. q̃ non. quia ad boc vt transeat oportet q̃ res que vendit̃ talis sit q̃ etiã sine exꝑssione vniuersitatẽ vel iuspatronat⁹ in se ꝓtineat. sicut est villa vel castrũ qđ in se ꝓtinet bonoꝝ. iurisditionẽ. districtũ ꝛ iuspatronatus. ff. de ver. sig. l. pupillus. §. territoriũ. sed qñ dicit. vendo tibi oia iura: resolui bec vniuersalis in singulares. s. vendo tibi ℔ ꝛ illud. cũ aũt iuspatronatus sic nõ possit vẽdi sic in tali vniuersali nõ cõprebẽdit̃. Sed si sit aliq̃d vniuersale qđ multa iura i se ꝓtineat vt est hereditas. bene transit cũ illo iuspatro. ff. de pebere. l. itẽ videdũ. §. fi. ꝛ duabus sequẽtibus.

14 ¶Quid si vendat q̃s palatiũ vbi habet capellã que forte habet multa ꝓuilegia ꝛ multos redditus transiet iuspatronat⁹ cũ palatio: Rx. q̃ sic. ar. l. si mercedẽ. §. si eũ fundũ. ff. de ac. emp. qz ad capellã non est nisi ꝑ palatiũ. ꝓuũ. no. Host. ꝛ Inno. in. c. ex lris. eo. ti.

¶Utrũ possit pignorari obligari: Rñ. verior opi. est Inno. q̃ nõ. etiã cum vniuersitate: qz cũ creditor nõ possit vti pignore si vacaret eccla: nẽo posset pñtare. 15

¶Sed infra q̃ntum tps debet patron⁹ pñtare: Rx. q̃ si est laicus habet quatuor mẽses. si clericus sex a tempore vacationis. c. ea3 te debet. eo. ti. ꝛ est tex. in. c. vni 16

¶Sed nunq̃d poterũt variare: Rx. q̃ (co. eo. li. vj. sic si est laicus antecẽ eps ꝓfirmet. vt in. c. qđ aũt. ꝛ c. cũ aũt. ꝛ c. pastoralis. eo. ti. si est ecclesiasticus patronus nõ potest variare postq̃ ꝓsentauit. d. c. pastoralis. cum. c. predictis. eo. ti. 17

¶Utrũ pñtans indignũ ꝓuet iure pñtandi: Rx. q̃ si est clericus q̃ pñtat indignũ ꝓuat̃ ea vice. tex. est in. c. sicut. in. fi. de sup. neg. ꝓla. ꝛ c. iij. de ec. edif. Si vo est laicus non ꝓuat̃: vt elicitur subtiliter de off. or. c. cum vos. Hoc tenet Inno. ꝛ Ho. ꝛ Ber. in. d. c. cum vos. ꝛ Archi. in. c. suscepti. de ꝑben. li. vj. peccat tamẽ mortaliter sciẽter pñtãdo indignũ: qz infideliter agit in officio sibi cõmisso. vide Administratio. 18

¶Utrũ q̃s possit pñtare seipm̃: Rx. q̃ nõ. sed bene filium dũmõ sit idoneus. Facit. c. ꝑ vias. e. ti. ꝛ ibi no. Ber. ꝛ Ho. ꝛ Pa. ponit. in. c. ꝓsuluit. e. ti. silr possunt ꝓsentare vnũ ex seipsis. Facit. l. vbi adsunt. ff. ỏ turo. tenet glo. in. d. c. consuluit. 19

¶Utrũ pñtatus a maiori parte ꝓnorũ sit admittẽdus: Rx. Pa. in. c. qñ̃. e. ti. q̃ aut pñtatio fit ab istis sicut a collegio: ꝛ tũc requirit̃ maior ps respectu tocapli ꝑm Jo. an. ꝛ videtur tex. in. c. ecclia. el. j. de elec. Aut pñtatio fit ab istis vt a singularib⁹ vt cõiter fit a laicis. ꝛ tunc admittit̃ q̃ pñtat̃ a plibus. vbi gra. sunt sex ꝓni. tres pñtant. admittit̃ q̃ pñtat̃ a tribus vt a pluribus pñtatus. qđ bñ no. qz facit ad multa. 20

¶Utrũ oporteat q̃ sint silr qñ volũt pñtare: Rx. Pa. in. d. c. qñ̃. q̃ si agunt vt collegiũ oportet oẽs vocare. aliter poterũt ꝓcepti ãnullare pñtationẽ. Si vo agũt vt singuli. Fed. ꝓsil. xcvij. tenet q̃ non. Sed Bar. in. l. oẽs ppli. ff. de iusti. ꝛ iur. tenet. q̃ siue a collegio vt collegiũ est: siue a pluribus vt singulares. ꝓsensus est explicãdus: dũmodo maior pars ꝑiudicet minori. semper debent simul esse. p. l. iurisgentiũ. ff. de pac. ꝛ boc ẽ verius quo ad vocationẽ: qz forte si fuissent pñtes: in durissent ad ꝓsensuz alterius. ꝛ ꝓ boc facit. c. ij. ꝛ qđ ibi nõ. de arbi. li. vj. 21

¶Sed quid si duo tñ sunt ꝓni ꝛ duos pñtant: Rx. Jo. an. an. in. c. cũ aũt eo. ti. q̃ eps poterit quẽ voluerit eoꝝ instituere. ꝛ est bo. glo. in. c. si. plures. xvj. q. vij. Hoc tenet Inno. in. c. j. eo. ti. ꝛ Cal. ꝛ Car. in. d. c. cuz autẽ. ꝛ Pa. in. c. eam te. eo. ti. ꝛ placet. licet alij cõtrarium teneant. 22

¶Utrũ patronus possit aliq̃d exigere: puta aliq̃s reos in cognitiõe iurisꝓnorum: Rx. Pa. in. c. ꝓterea. e. ti. q̃ nõ nisi tpe fundationis a diocesano istud fuisset sibi reseruatũ. nec valet si ipse patron⁹ fundãdo sibi aliq̃d seruitiũ reseruet: nisi epus auctoritatẽ ꝓstiterit. vñ si eps auctoritatẽ ꝓstitisset: posset tale ius vendere titulo remanẽte apud eũ. ꝛ boc credo verũ si dedit dotem pinguẽ. ꝛ abundantẽ. secus si solũ necessariam ad sustẽtationẽ mistroꝝ: qz tũc nullum seruitiũ poterit sibi retinere. Itẽ no. Pa. in. c. j. de cẽ. Fallit ℔ quãdo locus religiosus ꝓpius expensis ecclam edificauit: qz tũc talis locus habet in ea oñia tpalia sicut 25

ꝑs spūalis. vt de prīui. c. cum ꝛ plantare. ꝛ etiam ius
ꝓsentandi. de supplē neg. prela. c. sicut.

54 ¶ Utrū liceat clerico suscipere eccliaz de manu laici
patroni? R. Pa. in. c. ꝓterea. eo. tit. q nō. ꝛ si facit pec
cat mortaliter. ꝛ licet nō sit suspēsus ipo iure. tū debet
cōmunione ꝓuari. Ex quo infert Pa. q si talis impe
trat a papa: nō exꝓsso q prius habuit a laico nō valet
ex quo debet cōmunione ꝓuari. vt in. d. c. ꝓterea. ꝛ
. c. postulasti. de rescrip.

55 ¶ Utrū laicus edificās capellā in eccl'ia ꝛ eaz dotās
acq̄rat solum sibi iuspatro. an eccl'esia simul? R. Pa.
in. c. ad audientiā. de ec. edi. q eccl'esia simul: q nō po
test negari quin eccl'esia ponat fundū ex qua datione
iuspatronatus acquirit. c. pie mentis. xvj. q. vij. ꝛ ido
simul concurret cum laico in ꝓsentatione. Similiter
si clericus edificat ex bonis eccl'esie capellā nō ipe vel
parētes eius acquirunt iuspatronatus: sed solum ec
cl'esia ex cuius bonis est edificata.

56 ¶ Utrū ex delicto patris publicatis oibus bonis eiꝰ
prīuet filius iurepatronat? qd̄ habebat pater? R. q
si publicatio fit ab impatore vel iudice seculari nō pri
uat iurepōnatus nec ꝑ aliq̄ crimine etiam lese maie
statis pōt impator prīuare laicū ipso: q habet istud a
papa. Ita. no. glo. ꝛ Archi. in. c. filijs. xvj. q. vij. Intel
lige hoc verū qñ nō est in aliqua vniuersitate seculari
q si esset ex prīuatiōe illius vniuersitatis secular' trā
siret. ꝛ vide bo. glo. in. c. satis puersum. lxvj. di. q dicit
q lz pater cōmiserit crimē lese maiestatis ex quo filij
efficiunt infames. l. ꝗs. C. ad. l. iul'. ma. vj. q. j. si ꝗs
cum militib? . Filij tamē clerici nō efficiunt infames
ꝛ nō perdunt bñficia: ꝛ sic nec iuspatronatus. etiā fi
lij q nō sunt clerici nisi cum vniuersitate.

57 ¶ Quid si laicus habet iuspatronatus cum eccl'esia
simul habebit ne sex mēses ad ꝓsentandū? R. sm io.
an. ꝛ Archi. in. d. c. vnico. eo. ti. lib. vj. q sic. ita q rōne
cōionis ꝓuilegiū eccl'ie trāsibit ad laicū ad instar eius
qd̄ dicit de eo q habet rem cōem cū pupillo q nō pōt
vsucapi vel ꝓscribi ꝓpter pupillū. vt in. l. si cōem. ff.
quēad. ser. ami. ita q eccl'iam ꝓsequit qd̄ ꝑ se ꝓsequi nō
posset. de ꝓcess. ꝓbē. c. pe. Idē dic qñ clericus ꝛ laicus
habēt pūtare q habet tps sex mensiū sm Pa. in. c. eā
te. eo. ti. q: maius dignū trahit ad se minus dignuz. c.
q in dubijs. de conse. ec. vl' alta. ꝛ hoc tenet Jo. an. lz
Ho. aliter. Et intellige de patrono eccl'esiastico q ha
bet iuspatronatus rōne eccl'ie: q si haberet rōne pa
trimonij. esset idem ꝑ omnia sicut in laico sic ꝛ in cleri
co. c. cum dilectus. eodē. ꝛ glo. in cle. fi. eo. ti. no. Pa.
in. d. c. eam te. ꝛ in. d. c. cum aūt. qd̄ no.

Justicia sm q est habitus virtutis pōt acci
quatuor modis. sm Ric. in. iij. dist.
. xxxiij. ar. v. q. iij. Primo cōmunissime. s. ꝑ qlibet re
ctitudine animi. ꝛ sic qlibet virtus est iusticia quedā.
ꝛ sic diffinit ab Anse. li. de veritate. c. xij. Justicia est
rectitudo volūtatis ꝓpter se seruata. Secdo ꝑ rectitu
dine ꝑ quā bō iustificat in ꝓspectu dei. s. ꝑ charitate.
ꝛ sic diffinit ab Aug. li. lxxxiij. qstionū. q. lxj. Justicia
q ꝑ cetera diffundit est dilectio dei ꝛ ꝓximi. Tertio
ꝑ qlibet virtute ordinata ꝑ iusticiā legalē ad bonum
cōmune. ꝛ sic ē idē cū qlibet virtute. differēs tū sm rō
nē. Quarto ꝑ habitu determināte volūtatē ad firmi
ter volendū seruare rectitudinē debitā in opationib?
q sunt ad alterū. Et hoc dupl'r. aut ad alterū vt ē pso
na singularis. ꝛ sic est iusticia particular' distincta per
essentiā ab alijs virtutib?. q sic pōt diffiniri. Justicia
est ꝓstans ꝛ ꝓpetua voluntas ius suum vnicuiq tri
buēs. ff. de iust'. ꝛ iure. l. iusticia. Alio mō ad alterum
qd̄ est cōmunitas: ꝛ sic est iusticia legalis. ꝛ hec ē oīm
virtuti generalis inq̄ntū ꝓcipit oīa exteriora cuius
libet virtutis ad bonū cōmune referri. sm q vult ꝓbs
. v. ethi. c. ix. est tū vna virtus specialis distincta in es
sentia ab alijs virtutibus. vñ nō est generalis alijs ꝑ
predicationem: sed ꝑ virtutem.

¶ Que sunt ptes eius subiectiue? R. sm phm. v. ethi. 1
d. ie sez cōmutatiua q dirigit vnā ꝑsonaz ꝑsonam ad
aliā in bis q ꝓsistunt mutuo inter duos ꝓsonas ad in
uicē. Alia distributiua q est ordo eius qd̄ est cōmune
ad singulas ꝓsonas quem dirigit iusticia distributiua
cōmuniū sm ꝓportionabilitem.

Justificatio impij quatuor requirit. pri
mo motū liberi arbitrij. con
tritionē animi. infusionē gratie ꝛ remissionem culpe.

Laicus dicit a laos grece qd̄ est latie 1
ppls. sm Isi. d. vij. ethi. ꝛ sunt
illi qui possunt habere vxorem. possidere
ꝓpriū. de qbus. xij. q. j. duo.

¶ Utrū laicus possit esse ꝓcurator vel sindicus rerū 2
eccl'iasticaz? R. Pa. c. decernim?. de iudi. Collectari?
dicit q generalis administrator esse nō pōt loco ꝓlati
absentis vel illius q̄ reputat absens vt ē minor. vt in
. c. ij. de eta. ꝛ qua. or. Sed si ꝓlatus ꝓsit spūalib? bene
pōt cōmitti cura tpaliū laicis: maxime vbi cleric? nō
reperitur idoneus. alle. nō. p Inno. q̄ dicit q laicis ge
neralis administratio cōmitti nō pōt: ita vt sup oīs
dominent. sed specialis q̄rundā rerū administratio po
test. ita vt superior administratori rñdeat: ꝛ placet Pa. q̄
alle. glo. in. c. iudicatū. lxxxix. di. ꝛ ideo. d. c. decernim?
loquit q nō pōt esse iconomus. i. habere generalē ad
ministrationē oīm bonoꝝ eccl'iasticoꝝ tam tēporaliū
q̄z spūaliū: ꝛ sic ꝓsit oibus. sed bene pōt esse icono
mus eccl'ie in tpalib?. c. in noua. xvj. q. vij. Ꝟ idē tenet
Gaspar. de cal. ꝛ Host. ꝛ Jo. an. in. c. vnico. de sindico.

¶ Utrū possit esse ꝓcurator clerici laicus ad eligen 2
dum? Rñ. q non. vt no. doc. in. d. c. decernimus: quia
vbi habet exercere actuz spūalem iudicio suo nō pōt
constitui laicus. vt no. Jo. an. in regula. q alicui suo
non licet. de reg. iu. li. vj. Et sic limita. c. j. de ꝓcu. li. vj.
vt solum habeat locum in iudicialib?. vbi etiā in cau
sis spūalibus admittit ad agendū ꝛ defendendum.

¶ Utrum possit laicus esse vicarius episcopi? R. sm 3
doc. q non. vt nō. in. d. c. in noua. ꝛ in. d. c. contingit.
de arbi. ꝛ in. c. vno. de sindico. Facit glo. in. d. c. decer
nimus. que dicit q cause spirituales non possunt cō
mitti laicis etiā tanq̄ delegatis per episcopū. Et hoc
intelligo q non potest esse vicarius episcopi in spūa
libus. secus si episcop? habet iurisditionē tpalē in lo
co: quia bene pōt laicū suum vicariū facere. vt in. c. fi.
ne de. vel mo. li. vj. sed in spūalibus tenent doc. q nec
etiam clericus ꝓiugatus. c. iobānes. de cle. ꝓiu. ꝛ in. c.
vnico. de de. ꝓiug. lib. vj.

¶ Utrū laicus possit predicare? R. Pa. in. d. c. decer 4
nimus. q sic. si cōmittat ei ab episcopo. vide bo. glo.
. xcvj. dist. c. bene quidē. facit. c. cum ex iniuncto. de be
re. vide glo. in. c. adūcimus. xvj. q. j. sed nō teneas dū
dicit etiam mulierem.

Latria grece idē est qd̄ religio latine sm Aug.
. x. de ciui. dei. c. iij. vñ dicit ibidē q cul
tus debitus q̄tuor noīb⁹ noīat. duob? apd̄ gre
cos. s. latria ꝛ theosebia. i. cult? diuin? vl' bon?. ꝛ duo
bus apd̄ latinos. s. religio ꝛ pietas q̄ cōtinēt ꝓfatis
duobus. differt tū latria ꝓprie a theosebia. quia hec

respicit cultum dei interiorē qui ꝓprie ptinet ad virtutes theologicas: sed latria respicit seruiturē exteriorē que ptinet ad iusticiam. vt elicit a sctō Bo. in. iij. dis. .ix. q. ij. ar. iij. ⁊ sic est virtus cardinalis ꝓprie. ⁊ quādo aliqui doc. dicunt q̄ est virtus theologica: intelligitur ſm q̄ est theosebia.

1 ¶Qui sunt actus latrie? R. q̄ sunt due species actuum latrie. Prime speciei actus sunt illi quos ꝓducit mediātibus virtutibus quibus imperat ordinās eos in dei reuerentiā. ⁊ sic religionis actus p modū imperij ponit Jaco. j. esse visitare infirmos q̄ est actus elicitus a misericordia. ⁊ immaculatū se custodire: q̄ elicit a tpantia. Scde sunt illi quos ꝓducit p se ⁊ immediate: p quos homo ordinat tm̄ ad deum. ⁊ inter hos habet aliquos interiores tanq̄ principales ⁊ p se: vt est deuotio ⁊ oro. Aliquos vo exteriores quasi secdarios ⁊ ordinatos ad interiores q̄bus ipsa vtitur q̄si signis ad excitandā mentē ad actus spūales. ⁊ in aliquibus horū exteriorū corpus ad venerandū deo exhibet. vt in adoratione. In aliq̄bus vo deo de rebus exterioribus offertur. ⁊ hoc vel ꝓmittendo vt in votis. vel in dando vt in sacrificijs. oblationibus. primicijs ⁊ decimis ⁊ huiusmodi.

2 ¶Utrū sacrificiū sit latrie? R. q̄ triplex est sacrificiū primū bone op̄ationis. ⁊ istud est oim virtutū. scdm oronis: ⁊ istud virtutū theologicarū est. terciū est immolationis. ⁊ istud est latrie speciale.

Latro in quo differt a fure? R. q̄ latro furatur de die. sed fur de nocte. Jura tamē sepi⁹ vnū ꝓ altero accipiūt. vt ptz in. c. j. de homicidio.

1 ¶Quis dicat publicus latro vel depopulator agrorum. vide. ſ. Jmmunitas. ſ. xvij.

Laudemium est quedam solutio quinquagesime partis vel estimationis rei fiēda dño ab eo q̄ de nouo acq̄rit emphiteosim. de quo dic vt infra Emphiteosis. ſ. xxxiij.

1 **Lectoris** officiū est lectiones ꝓnūciare. ⁊ ea q̄ ꝓbete ꝓnunciauerint populis predicare. xxv. di. perlectis. ⁊ xxj. dis. cleros.

1 ¶Quo modo debet ordinari. habet. xxiij. di. c. lector. sed melius in pastorali episcoporum.

Legatum quid est? R. q̄ est donatio q̄daz a testatore relicta: sed ab herede prestanda: qr debet post mortē testatoris: ⁊ post aditā hereditate ab herede colligitur. insti. de le. ſ. j. ⁊ hodie fideicōmissum ⁊ legatū fere idem sunt ⁊ fere adequata sunt: ⁊ quicq̄d iuris est in vno etiam in alio. ff. de leg. j. sed fideicōmissum dictū est. qr olim fideicommissa pendebat ex fide heredū: ⁊ ideo fideicōmissarij dicunt̄ quibus legata soluēda fidei cōmittunt̄. dicuntur etiam testamentor̄ executores.

1 ¶Quis pōt legare? R. q̄ solū illi qui possunt testari .ff. de leg. j. l. ij. ⁊ qui pñt testari vide. j. testim. ſ. j. Legatū cū relinq̄ nō pōt nisi in testamēto vl̄ codicillo. Ad̄ testari. codicillari ⁊ legare ad hoc equipollent. vt qui pōt vnū possit ⁊ reliquū. ff. de iure codicil. l. diui. ſ. codicillos is domū. Fallit hoc in legat̄ ad pias causas vt. j. Legatū. ij. ſ. vij.

2 ¶Cui pōt legari? R. q̄ regulariē illi soli q̄ pōt heres instituī. ⁊ q̄ pōt instituī. vide. ſ. Heres. ſ. xxv. ⁊ q̄ sit psona certa. aliter non valet. l. vulgo. ff. de sta. ho. Fallit tamen hoc in aliq̄bus casibus. de quibus in. ſ. se. ⁊ Legatum. ij. ſ. ij.

3 ¶Sed nunq̄d pater possit legare filijs spurijs rōne alimentor̄. vel relinquere dotes filiab⁹ spurijs: cum dos succedat loco alimentor̄: qui tñ spurij nō pñt instituī heredes? R. q̄ sic ſm Bar. in aut. ex complexu. .C. de incest. nup. vide. ſ. Filius. ſ. iiij.

¶Utrū fratribus minoribus possit legari? R. q̄ sic. de. exiui. de v. sig. ſ. cupientes. dūmō nō sit valor hereditatis. vel tanta eius ps q̄ p̄sumat fieri in modo et forma legati fraudulenter ꝓ successione hereditatis: de qua non sunt capaces. 4

¶Utrū cum legat fratribus mendicātibus āniuersariū perpetuū liceat eis recipere? R. ſm Pe. de pal. in epla ad magistrū ordinis p̄dicator̄. q̄ sic. recipiendo gratis ⁊ petendo extra iudiciū: qr hoc nō est hīe redditus: ſ in iudicio petere ea tanq̄ redditus sibi debitos est ptra ꝓfessionē eor̄. Idem dicit de cēsibus annuis ac etiā de redditib⁹ fratrū ad vitam. Farinerius ordinis minor̄ generalis in pcti. dicit. q̄ nō licet fratribus inducere aliquē ad talia legata facienda. q̄ si facta fuerint in iudicio nō petant: quasi tacite innuat qđ dicit Petrus. q̄ extra iudiciū peti pñt ꝓ modū elemosyne. Nec ob. q̄ dicunt aliqui nō licere: nisi q̄n dans sciret nō teneri se ad talia danda. tñ ex sua liberalitate dat. qr ls in pscientia ille teneat ſm q̄. j. dico. ⁊ ꝓterea det nihilominꝰ fratres ea petere possunt extra iudiciū p modū elymne sicut liceret petere elymam ab illo q̄ habz vltra necessitatē sui status. q̄ q̄uis ipse teneat facere elymam: non tñ p hoc sequit̄ q̄ frater minor nō possit ab eo petere. Aduerte tñ q̄ annuos redditus ad modicū tēpus scz decem annor̄ legatos pñt petere mendicātes in iudicio: exceptis fratribus minoribus. q̄ licet de talibus sint capaces. nō tñ pñt in iudicio talia p se petere. vt in. d. de. exiui. ſ. verū. de verbo. sig. Similiter sunt capaces annui redditꝰ etiaz in ꝓpetuū. q̄n est certū vsum diuini cultus. puta vinū ꝓ missis. frumētum ꝓ hostijs fiēdis ⁊ hmōi ſm. d. Car. in. d. ſ. ⁊ Fede de se. secus p̄z victu vel vestitu.

¶Utz q̄s possit legare ecclie ꝓstruēde? R. Pa. in. c. nos q̄dē. de testa. q̄ sic: ſ nō donare. qr nō valet donatio facta loco ꝓstruēdo. c. abbate sane. de re. iud. li. vj. ¶Rō diuersitat̄ ponit a Bar. in. l. seruos ad custodiā .ff. de ali. ⁊ cib. leg. qr donatio req̄rit psonā ⁊ sciam: iō absenti lz possit donari nō tñ sit dñs anteq̄ sciat ⁊ cōsentiat. l. absenti. ff. de dona. c. si tibi absenti. ō pben. li. .vj. ⁊ etiā incerte psone pōt legari: dūmō ex euētu possit certificari. l. cū p̄. ſ. surdo. ff. de leg. ij. secus si certificari nō posset euētu: qr nō posset ei legari. vt no. gl. 6

¶Utrū legatū factū ecclie sctē Marie (in. d. nos. cū plures sint sit nullū? R. Pa. in. c. indicāte. de testa. q̄ nō. ſ dabit ecclie parochiali: si sic noiat: vel paupriori q̄ tale bz nomē. Glo. vo. in. d. c. nos q̄dē. dicit. q̄ si nulla eccla sctē Marie sit in loco: dabitur eccle cathedrali. vt nō. in gl. ꝓfati. c. indicāte. facit. l. q̄ditio .ff. de ꝓdi. ⁊ demō. vbi si testator mādauit aliq̄d fieri i foro ⁊ nō dixit in quo: intelligit de foro illi⁹ municipū vbi habitat. ⁊ B de aucte epi ⁊ executoris. silr q̄n legat eccle fiēde: ⁊ nō dī de loco. eps ⁊ executor̄ puidebūt de loco vbi debeat fieri. ⁊ B fauore pie cause: nisi aliter 7

¶Quid si ligatari⁹ mo- (ꝓstet de mēte testatoris. rit añ ꝓditōis euētū? R. Pa. i. d. c. nos q̄dē. q̄ aut legatū ē factū psone intuitu seu ꝓtēplatōe aie: puta q̄a alie psone fuisset relictur⁹: tūc deficiēte illa psona dz puerti relictū ad aliū piū vsuz vt volūtas defuncti in effectu impleat: sicut dicim⁹ in legato facto ad aliq̄d faciendū in ciuitate ꝓpē ꝓpetuā memoriā defuncti q̄ alibi fiet si in loco vbi ordinauerat fieri non possit. vt 8

Legatū.ff.de vsufru.leg. Si vo relictū fuit ꝓtēplatio
ne ꝑsone vel collegij certi non habito respectu ad pia
causam: tunc deficiente legatario expirat legatū. ⁊ re-
manet apud grauatū. vt in.l.pater.§. tusculanus.ff.
de leg.iij.C.de cad.tol.l.vnica.§. si aūt aliq̄d sub cōdi
tione. Si aūt dubitaf an habuerit respectum ad ani-
mā vel ad ꝑsonā. tunc in dubio fauore religionis de-
bemus ꝑsumere q̄ ad pia causaz reliquerit. ar.l. sunt
ꝑsone.ff.de reli.⁊ sum. fune. Et ℔ nota: ⁊ sequif Bar.
in.d.§. tusculanus. Et hec deputatio ad aliū piū vsuz
debet fieri de ꝑsensu epi ⁊ heredis simul. d.l. legatū. et
nō. in de. q̄ ꝓtingit. de reli. do. ⁊ facit ad questionē le-
gati facti puelle ꝑ ea maritāda q̄ moriē an sit dandū
alteri: q̄z si factum est intuitu ꝑsone puta q̄z seruiuit ⁊
hmōi. nō dabif alteri. Si vo intuitu anie sic dabif al-
teri: ⁊ similiter de quocunq̄ legato quod nō pōt cōse-
qui suū effectum. qđ no.

9 ¶Utrū legatū factū duobus re ꝑiunctis si vnus re-
pudiat vel moriaf viuo testatore vl̄ deberet ⁊ hmōi.
accrescat alteri? R. Pe. de peru. tractatu de canonica
portiōe epi. q̄ sic. l. re ꝑiuncti. ff. de lega. iij. ⁊. l. vnica. §.
bis ita. C. de cadu. tollen. nō aūt accrescit ꝑiunctis co
gnatione legali. l. mulieri ⁊ ticio. ff. de condi. ⁊ demon.
⁊ dicunf verbis ⁊ re ꝑiunctis. puta q̄ stichus legaf
Petro ⁊ Martino re tm̄ cum diuisim. puta lego Pe
tro stichū meū. Itē lego Martino stichū meuz vt in-
sti. de lega. §. si eadē res. in tex. ⁊ in glo. Item verbis ⁊
nō re. quādo titio ⁊ seio lego fundū equis portionib?
⁊ preferf cōiunctus verbis ⁊ re. aliis ꝑiunctis re tm̄.
Sed an ꝑiūctus verbis tm̄ preferaf cōiunctis re tm̄.
est opinio diuersa. sed tu dic q̄ equaliter veniunt. vt
nō. in. d. l. re cōiuncti.

10 ¶Quid de legato facto ab aliquo alicui ecclesie sub
ꝓditione. s. si ibi sepeliaf qui legans moriē excōmuni
catus ⁊ nō sepeliē ibi? R. Bar. post Cy. in. l. miles. §.
ream. ff. de adulte. q̄ nihilominus soluef legatū eccle
sie: cum facto legantis ⁊ eius culpa acciderit. ⁊ sequif
Bal. in. l. si quis ad declinandaz. C. de epi. ⁊ cle. l. j. C.
de his que pene no. facit tex. nō. in. l. nulli. C. de epi. et
de. Ratio: quia in legato ad pias causas attendif du
plex fauor. s. legantis ⁊ cui legaf. licet ergo in notorio
ptōre cesset fauor anime eius. non tamē cessat fauor
ecclesie cui reliquit. Itē q̄ illa ꝓditio est impossibilis.
⁊ ideo nō viciat legatū. l. obtinuit. ff. de ꝓdi. ⁊ demon.

11 ¶Quid si legaf alicui aliquid sub ꝓditione si habue
rit liberos. vtrū si ingredif religionē debeat dze. dic q̄
sic. vt. s. dixi Heres. §. xiij. cum se.

12 ¶Si titio pecunia legata fuerit ⁊ eius fideicōmissuz
sit vt alienū seruū manumitteret nec dñs eum vēde-
re velit. nihilomin? legatū capiet: quia ꝑ eum nō stat
quo minus fideicōmissum prestet. Nam ⁊ si seruus
mortuus esset a legato: nō submouereē. l. si titio. ff. de

13 ¶Si in singulos āos aliq̄d alicui legatū (lega. j.
sit: plura sunt legata. ⁊ ꝓmi anni erit purū. seq̄ntiū cō
ditionale. s. si viuat: ⁊ ideo eo mortuo non trāsmitteē
ad heredem. l. si in singulos. ff. de an. leg.

14 ¶Quidā testamentū faciēs legauit filie sue nupte. x.
ducatos ꝑ quolibet anno ꝑ vestimentis vt induat se
que filia stetit ꝑ quattuor annos q̄ nō induit se. nec a
fratribus pecuniā ipsam petijt. Querif an possit pe-
tere pecuniā preteritoꝝ annoꝝ? R. q̄ nō. arg. l. q̄daz
predia. ff. de vsufru. lega.

15 ¶Quid si legatarius moriē ante legātē? R. q̄ deficit
legatū. ⁊ remanebit heredibus legantis. secus si mo-
reref post mortē testantis sed anteq̄ heres adiuisset
hereditatē: q̄ tunc debeē heredibus legatarij. l. vnica
. §. sed vt manifesteē. C. de cadu. tollen.

¶Utrū legatū factū ꝑo ꝓsumeē factū ꝓtēplatione 16
eccliē? R. Pa. in. c. requisiti. de testa. q̄ in dubio ad cō-
iecturas eit recurrendū. vt si est factū ei a ꝑsona ꝓiū-
cta nō ꝑsumaē. q̄uis dixerit. relinquo hoc ꝑo. siliter
si diceret. relinquo dño Jobāni nō expresso ꝑo: ⁊ sic
erit suum. ⁊ succedūt ꝓpinqui ab intestato. c. q̄ nos.
de testa. Si vo ab extraneo legeē: sic ꝑsumiē factū cō-
templatione ecclesie. Idem dic ꝑ oia de quocūq̄ ba-
bente administrationē seu ꝓlationē in ecclesia. Et no.
q̄ extraneus hic accipif q̄ nō est ei ꝓiunctus in quar
to gradu affinitatis vel cōsanguinitatis. vt est tex. in
aut. licentiā. C. de epi. ⁊ cle. ⁊ in aut. de ec. ti. §. interdi
cimus. idem glo. xij. q. iij. c. j. ⁊ est cōis opi. q̄uis aliq̄
aliter teneant. vt. s. Clericus. xiij. §. v.

¶Cuius cōtemplatione ꝑsumeē legatū factū nō ba- 17
beti administrationē in ecclesia q̄ tamē est ecclesiasti-
cus? R. Pa. in. d. c. requisiti. q̄ in dubio ꝑsumeē factū
intuitu ꝑsone si talis pōt habere ꝓpriū. Si vo nō po-
test habere ꝓpriū puta q̄z religiosus. sic ꝓsumiē fa
ctum intuitu monasterij seu ecclesie. Facit. l. deo no-
bis. C. de epi. ⁊ cleri. c. vnico. xviij. q. j. Et sic quādo fa
ctum est intuitu ecclesie non poterit disponere nisi si-
cut de alijs rebus ecclesie. qđ no.

¶Utrū legatū factum filiofamilias in dubio ꝑsuma 18
tur factum intuitu patris? R. Pa. in. c. Raynuci?. de
testa. Bar. in. l. cum alijs. C. de iu. delib. dicit. q̄ si fit ꝑ
ista verba. lego filio Martini. nō intelligif ꝓtempla-
tione patris. maxime si exꝑmaf nomē filij. puta titio
filio Martini. ⁊ noīatio patris intelligif facta causa
demōstratōis. Nec ob. d. l. cū aliq̄s: quia loquif in ser
uo: quia exꝑimif qualitas. q̄ si esset vera de iura acq̄-
reref domino legatū: ⁊ sic videē cōtemplatione domi
ni factū. sed secus in filios: quia filiatio non facit reli-
ctum acquiri patri: quia posset esse emancipatus: et
maxime bodie cum aduenticijs acquiraf filijs ꝓprie
tas. sed si fieret de patre mentio ⁊ de patria potestate:
idem esset sicut de seruo. sed de hoc dubitat Pa. quia
filiationis qualitas nō impedit ꝓprietatem acq̄ri fi-
lio. ⁊ ideo videē q̄ solum vsusfructus acquiraf patri.

¶Utrū legatū factum canonicis oīibus talis eccle, 19
sie etiam si exꝑimanf nomina presumaf ecclesie cō-
templatione factum? R. do. Pe. vbi. s. q̄ sic p. l. ciui-
bus. ff. de re. du. vbi dicit tex. ciuibus ciuitatis legatū
vel fideicōmissum datum ciuitati relictum videē. qđ
verū est ꝑm glo. nisi sit datum vt singulis: quia nō ac
quiriē ciuitati: sed ipsis ciuibus. Facit. l. annua. §. a
ticio. ff. de annu. lega. secus si vni nō babenti admini,
strationem vel prelationē qui est simplex canonicus.
quia sibi acquireē nō ecclesie vt dixi. ⁊ boc verum ni,
si ꝓbareē q̄ intuitu ecclesie legatū fuit vel nisi legata
rius fraudem adbibuit. d. c. requisiti. in fi. facit. l. nō,
nunq̄. ff. ad trebel.

¶Utrū cum legatarius nō potest vti legato nisi re, 20
spectu eadesie. puta legat quis iter per funduz suum
clerico quo vadat ad ecclesiam. intelligatur contem,
platione ecclesie in dubio? R. Pe. vbi supra q̄ sic. et
sic acquiritur ecclesie. et ita intelligitur quod no. glo.
in. l. non plures. C. de sacro san. eccle. ne legatum sit
inutile. vide quod notant doctores in. l. j. C. de sacro
sanc. ecce.

¶Quid si q̄s leget sic. lego Petro ⁊ filijs eius possef, 21
sionē vel aliud? R. q̄ Petrus habebit medietatē. ⁊ si
lij ei? aliā medietatē ꝓseq̄nter. ff. de vsufruc. accre. l. si

quis titio. ꝛ ō testa. c. Raynaldus. in glo. vñ nō refert in hoc casu siue legeꝯ titio ꝛ meuio. vel titio cum meuio. vt in. d. l. si quis titio. quod no.

22 ¶Quid potest ligari? R. q res testatoris ꝛ res heredis: nec refert an sciuerit vel ignorauerit esse suaꝫ vel heredis. vt instī. de lega. §. si quis rem suam.

23 ¶Sed numq̄d res aliena a testatore possit legari? R. q sic. si sciebat testator esse alienā: ꝛ heres teneꝯ eam emere ꝛ pstare vel extimationē soluere si talis sit que extimari possit. vt instī. de leg. §. nō solum. §. §. qō aūt cum tali distinctione. q aut res q̄ legaꝯ erat testatori pignorata. ꝛ sic in ea habet ius solum. ꝛ tunc nō psumit̄ nisi legatū illud ius eē qō in eo habebat: ꝛ sic nō debit̄ extimatio. vt. in. l. serui electione. ff. ō leg. j. Aut res legata erat res testatori cōis simul ꝛ alteri. ꝛ sic intelligit̄ solū legasse partē suaꝫ nisi dixisset totā talem rem: q̄ sic extimatio debeꝯ. vt no. Bar. in. l. cū alienā. C. de leg. Aut res oino est aliena. ꝛ tūc si est heredis debeꝯ res oino. tex. est in. l. vnū ex familia. §. si rē. ff. de le. ij. Si vō nō est heredis sed alterius. ꝛ si sciēter legauit debeꝯ extimatio. d. l. cū alienā. dūmō sit talis cui⁹ cōmercū haberi possit: alꝫ esset inutile legatū: puta si legaꝯ res sacra vel pūcipis. l. apō iulianū. ff. de leg. j. Si vō legaꝯ ignorāter ꝛ piuncte psone cui alꝫ fuisset relicturus si sciuisset esse etiā alienā debeꝯ extimatio. d. l. cum alienā. ꝛ Bal. in. l. j. C. de sacrosan. ec. tenet ecclesiam esse piunctā psonā cum sit mater oīm fidelium. xij. q. ij. qui abstulerit. Sed Pa. in. c. filiꝰ noster. de testa. nō tenet q ecclesia hic habeaꝯ p piuncta pso na sed solū cōiunctus ex sanguine. vt in. c. nōnulli. de rescrip. ꝛ q debeaꝯ cōiuncte psone intelligiꝯ qñ errat generaliter. sed qñ errat ex causa specifica. puta quia credebat suā exēptione facta a pupillo q̄ non valebat tunc viciaꝯ legatū in totū etiam factū piuncte psone. vt nō. in. d. l. cum alienam.

24 ¶Sed numq̄d qō predictū est in questione p̄cedenti habebit locum in foro canonico ꝛ anie? R. Pa. in. c. filius. de testa. dicit. q cōis opi. tenet q sic. sed ipse credit q nō habeat locū in pscientia. Ratio. q̄ in. d. c. filius noster. dī. q̄ lege dei viuimus nō legibus. videtur annuere hoc esse ptra legē dei: ꝛ ideo nullus subiect⁹ obedientie iuris canonici poterit banc dispositionē legis obseruare: ꝛ etiā in repetitione. c. cum esses. de testa. ita tenet ratio: q̄ dispositio quelibet debet attēdi p̄m rōnem certā. c. intelligentia. de ver. sig. ꝛ ideo ptz p. d. c. filius. q est dñtia in hoc inter ius ciuile ꝛ canonicū. ꝛ q dispositio. c. filiꝰ. astringit oīes quos astringit ius canonicū. Ego admitterē dictū suuꝫ qñ heres nimis grauareꝯ. q̄ sic nō videreꝯ fuisse de mente defuncti: sed esse erroꝛ deceptū. sed qñ cōstaret de mēte defuncti. puta quia sciebat dispositionē iuris ciuilis: sic credo etiā in pscientia habeat locū: q̄ pinde est ac si legasset rem illam si emi posset vel saltē extimationē.

25 ¶Utrū legata domo debeatur hortus? R. Pa. in. c. Raynucius. de testa. q si hortꝰ coberet domui sic debetur. ff. si ser. ven. l. testatrix. ꝛ ff. de act. emp. ꝛ vendi. l. si creditor. in fine. quod limito verū quādo eadē ia nua claudit domū ꝛ hortū: secus si non coberet. quia sic nō debeꝯ. ꝛ sic intellige glo. i. c. fi. xij. q. ij. ꝛ Pa. vbi supra. in. d. c. filius.

26 ¶Utrū legatis aliquibus rebus ꝛ postea venditis p testatorē teneaꝯ heres? R. q sic. nisi vendendo testator habuerit animū adimēdi legatū. instī. de lega. §. si rem suam. ꝛ in dubio ꝓbabit heres saltē p q̄tuor testes voluntatē defuncti mutatā. vt in glo. d. §. si rem suā. Idē dic ſ rem legatā pignori tradidit: q nisi habuerit animū adimēdi legatū: teneꝯ heres eam luere ꝛ legatario tradere. vt instī. de lega. §. sed ꝛ si rem. in tex. ꝛ in glo. In pscientia credo ver q̄ testator in mora te noluit mutare testamentū. secus si morte puentus nō potuit in vltimo aliquid disponere: q̄ tunc presumerem q anio adimēdi legatū alienauerit.

¶Utꝝ legatū quo mihi liceat cedere lapides in solo testatoris trāseat ad meos heredes? R. q nō. tex. ē in. l. apud iulianū. §. si quis. ff. de lega. j. Ratio p̄m glo. quia est ius psonale. 27

¶Utrū possit legari qō nōdū ē in rerū natura? R. q sic. dūmō sit futurū. vt fructꝰ futuri in tali fundo. aut qō nascet ex ancilla ꝛ hmōi. instī. de lega. §. ea q̄z res. 28

¶Utrū iura. actiones ꝛ seruitutes ꝛ hmōi incorporalia possint legari? R. q sic. nisi viuēs testator debitū exegerit vel remiserit. ꝛ in dubio p̄sumit̄ legatū voluisse adimere exigendo vel remittendo. instī de lega. §. cum aūt. in tex. ꝛ in glo. 29

¶Utrū debitori possit sua liberatio legari? R. q sic. instī. de lega. §. si q̄s debitori: nisi testator viuus exegerit. instī. ibidem. §. causam. 30

¶Sed quero an in dubio p̄sumet legatū factū creditori fuisse factū anio recompēsandi? R. Bar. in. l. si cū dotē. §. si pater. ff. sol. ma. ꝛ cōiter moderni i. c. officij de testamētis. distinguūt q aut relictū fit p debitorem necessariū q̄ ex necessitate iuris teneꝯ ad debitū. ꝛ sic p̄sumit̄ aio recompēsandi factū. vt in. d. §. si pater. vbi dicit̄. q si pater qui tenebaꝯ dotē dare filie sue: legat eidem aliquid in testamēto: q illa nō poterit petere legatū ꝛ dotē: quia videt̄ legasse anio cōpensandi cum dote debita. Aut legatū fit p debitorē volūtariū. puta q̄ ex sua voluntate obligauit se ad debitū: ꝛ sic in dubio non p̄sumit̄ factū anio recōpensandi nisi sit exp̄ssum. vt ꝓbaꝯ. in. l. vnica. §. sciendus. C. de rei vx. act. vbi babeꝯ q maritus qui teneꝯ restituere dotem vxori post mortem legauit aliq̄d simplr vxori poterit vxor vtrūq; petere. Similiter dic de legato facto cuicunq; creditori a debitore. ad boc. C. de bere. instī. l. si compensandi. ff. de le. j. l. lucius in p̄n. ꝛ ff. de le. ij. l. vlti. §. penul. 31

¶Utrū p suggestionē. sollicitudinē. vel importunitatē faciens adimere legatū factum alicui ꝛ faciens sibi relinqui teneaꝯ? R. d. Ber. cepo. i suis cautel. q tenetur actiōe de dolo vl in factū subsidiaria ei cui ademptum est. vel cui nō est relictū ex sollicitudine eius. ff. de doli except. l. j. no. Inge. in. l. fi. C. si q̄s aliquē testa. ꝓbi. Facit. l. j. ꝛ ibi nō. C. de pe. bo. subla. li. x. Sz melius dic vt. j. Restitutio. j. in verbo impediens. 32

¶Quid valet vxori legatū quo legaꝯ ei vos sua? R. q valet: q̄ plenior est actio ex legato q̄z ex dote. instī. de lega. §. sed si vxori: q̄ sicut dicit ibi glo. legatū stat̄im debeꝯ. dos vō si p̄sistat in mobilib⁹ debeꝯ post annū solū. Itē valet quia non habebit ꝓbare dotē talis quātitatis si exp̄maꝯ. alꝫ sic. C. de fal. cau. l. iij. 33

¶Quero q̄d debeaꝯ qñ legatū fit in genere? R. q si illud genus est generalissimū. sic nullū est legatū. Exēplū si diceret. lego subam vel rē. Si vō genus ē subalternū. vt lego aīal. corpus ꝛ hmōi. sic silr nullū est: q̄a dando muscā liberareꝯ. Si vō genus est inferius: puta q̄ est species specialissima: tūc aut res eius generis habet certos fines a natura designatos: vt bos. equꝰ ꝛ hmōi. aut habet fines ex sola distinctiōe hominis. vt fundus. vt. ff. de leg. j. l. q̄ō in rem. §. fi. Aut facto hois vt domus vel fundus q̄ō q factuꝫ hois de duobus fit 34

vnū diruēdo parietē ⁊ hmōi. vt.ff.cōia p̄di.l.si q̄s duas.§.j. Si loqmur de p̄mo: sic sunt varia opinio. Sed placet mihi opi. Jo.quā sequit Accur.in.l.legato generalī.ff.de leg.j.l.q aut testato: q̄s relict seruos vel boues incertos. ⁊ de incertis sunt in suo p̄timonio. et tūc eligit legatarius. vt insti.de leg.§.si gīaliter. dum tñ nō eligat optimū. d.l.legato. Aut nō sunt i suo p̄timonio. ⁊ sic electio erit heredis. vt.ff. de tritico leg.l. iij.in p̄n.⁊.l.iiij. Silr vbi testato: de certis seruis sensit incertū. puta q: legauit vnū de seruis suis. sic electio erit legatarij.l.q duos.ff.de le.j. Si vo loquimur de scdo: sic nō valet q: videt verisoziū. q: heres p̄stādo fundū vni⁹ digiti vel vnguis liberaret. d.l. qđ in rerū. §.si q̄s aūt. Si vo loq̄mur de tercio tunc aut legās domū in gñe relict domos alioq̄s aut nō. si sic: electio erat legatarij. Si nō: legatū erit verisoziū. ff. de le. j.l.si domus. in p̄n. Aduerte tñ q qñ electio dat heredi in reb⁹ legatis in gñe. ⁊ illud genus est talis q̄litaq̄ q in ipo sunt quedā q̄ nihil valet. ⁊ magis expedit nō habere q̄z habere: tūc nō p̄t talia dare. ⁊ dz dare mediocrē. vt in. d.l.legatū. ⁊ C. de dona.l. si q̄s argentuz §.j. ⁊ C. cōia dele.l.fi. §.j. Si vo sum⁹ extra talia: tūc poterit heres dare minimū in tali genere.l. si ita scriptum sit. in fi. ⁊ l. apud iulianū. §. scio. ff. de leg. j. ff. de reg. iur. l. sp in obscuris. ff. de ver. ob. l. si ita stipulat⁹. Fallit b̄ in legatis ad pias causas. q: debet id qđ est melius fauore pie cause vel saltē mediocre. puta legatum est vas. dabit argenteū inter aurū ⁊ auricalcum seu eneū. Jta habet ⁊ nō. in l. ticia. §. scia. ff. de au. et ar. leg. ex qua Bar. ibidē dicit. q si legat calix intelligit argenteus. si planeta intelligit de serico ⁊ silibus.

35 ¶Quid si q̄s legauit q̄ttuor lagenas olei q̄ sunt i tali vase q̄ non sunt nisi due vel de pecunia q̄ est in tali capsa legat vni. xxx. alij. xx. alij. x. ⁊ non sunt nisi. xxx: Rx. q solum debet qđ inuenit. l. si q̄s testō. ff. de le. j. ⁊ vnicuiq; p rata defalcabit. puta ille cui. xxx. legauerat nō habit nisi. xv. cui. xx. x. ⁊ cui. x. v. debebit. vt ibi dī. facit. l. cū cert⁹ numer⁹. ff. tri. vi. ⁊ oleo lega. ⁊ de lagenis est casus in. l. si q̄s seruuz. §. si quis. ff. de leg. ij.

36 ¶Quid si testato: errat in noie: Rx. q nō officit dum mō p̄stet de q̄ sensit. l. si in noie. C. de testa. Facit. ff. de leg. j. l. iij. ⁊ insti. de le. §. qđ si aliud. Silr falsa demōstratio nō officit. puta cū dicit. lego seruū meū quem emi a ticio cū tñ sit emptus a diuo: dūmō p̄stet de seruo. insti. de lega. §. si q̄s in noie. Silr falsa cā nō vitiat legatū. vt si dicit. lego tale q̄d Petro: q: fecit mihi tale seruitiū: cū tñ nō fecerit. insti. de le. §. longe. sec⁹ si

37 ¶Utrū legās ancillā Ber. (ditionaliter. vt ibidē. tā ⁊ postea vendēs eā emit aliā cui nomē Berte imponit: an debeat ista scda: Rx. q sic. ff. de condi. et demon. l. filie sue. §. ticia vxor.

38 ¶Utrū legās mihi oia sua mobilia intelligant oīa fructus etiā: Rx. q sic. oēs q̄ tpe mor⁹ testato: is erāt a solo separati. ff. de rei ven. l. fructus. Sz nō habebo ex tali legato noia debitoz suoz: nisi aliter p̄stet de mente. q: noia debitoz nec sunt mobilia nec immobilia § in tercia specie. ff. de re iudi. l. a diuo pio. §. in venditione. Jtē q: non est nostrū qđ nobis debet: sed tñ illud qđ possumus vendicare. ff. de au. ⁊ ar. leg. l. ij. Sz tu de hoc dic vt. §. Alienatio. §. viij. ⁊ idem dic de lignis ⁊ lapidibus ad edificiū p̄parat⁹ q nō veniunt. ar. ff. de le. iij. l. ligni appellatio. §. fi. Jdē in lecto legato venit ornamentū ei⁹. vt in. d.l. libroz. §. si. eo. ti.

39 ¶Utrū legatis vestibus vxoi veniant aurea vel argentea ornamēta dictarū vestium: Videt q nō. quia accessoria p̄ciosiora suo p̄ncipali ñ accedūt. Ludo. de ro. in nouel. tenet q veniunt etiā p̄ciosiora ⁊ accedāt p̄ncipali. vt. l. ⁊ si no sunt. §. puemamus. ff. de auro et ar. leg. ⁊ Bar. in. l. cum aurū. ff. de aur. ⁊ ar. leg. ⁊ dicit glo. falsam. in. l. ij. ff. de pecu. le. q̄ vult q accessiones p̄ciosiores nō extinguant destructo p̄ncipali.

¶Quid si legat centū ticio si voluerit: Rx. q nō trāsibit ad heredē ticij si ticius non exp̄esserit se velle. l. si ita legatū sit. §. illi si volet. ff. de le. j. 40

¶Quid si babēs lancē maximā minorē ⁊ minimā legat lancē minorē: Rx. q debet medie magnitudinis si aliud nō appareat. ff. de au. ⁊ argē. lega. l. q̄ lancem. 41

¶Jtē si legat chirographū intelligit legasse actiones in eo p̄tas. l. q̄ chirographū. ff. de lega. iij. 42

¶Utrū testato: q̄ legauit vni fundū alij vsufructum fundi debeat intelligi legasse vnicuiq; ip̄oz dimidiuz vsufructus dicti fundi: Rx. Ludo. de ro. in no. q sic. l. si alij. ff. de vsufru. leg. secus in iudicis snia. vt. l. ⁊ puto. §. j. ff. famil. ber. qđ verū ē si aliud de mēte ñ p̄stet. 43

¶Utrū si legās sic dicit: lego centū ticio ⁊ si illos p̄r deret iterū relinquo ei alios centū eius heres teneat plusq̄ semel restituere: Rx. q non: nisi semel. ff. de leg. iij. l. fideicōmissa. §. si q̄s decem. 44

¶Si legat alicui vsufructus sub certo tpe: puta vsq; quo talis puenerit ad. xx. annos q̄uis talis moriat: nihilominus vsufructus durat vsq; ad tp̄s. xx. annorū. secus si moriat vsufructuari⁹ añ. xx. annos: q: expirat. Si vo legat sub incerta cōditione puta donec talis fuerit furiosus vel remāserit ⁊ hmōi quoz euentus incertus est si p̄ditio euenerit expirat. Si aūt moriat in furoze nihilomin⁹ durabit vsq; advitā vsufructuarij. l. ambiguitatem. C. de vsufru. 45

¶Quid habebit ille cui relinquit victus ⁊ vestit⁹ si, ue alimēta qđ idem est: Rx. dz habere cibū potū: vestimenta: lectū: habitationē ⁊ ca sine quib⁹ viuere non posset. ff. de ali. ⁊ ci. leg. l. legat⁹. ff. de v̄. sig. l. victus. nō tñ ea q̄ ad disciplinā pertinēt. d.l. legatus. 46

¶Quid si dicit relinq̄ q vxor mea sit dña et vsufructuaria oīm bonoz meoz: Rx. q p boc qđ dicit dñaz babebit gubernationē domus ⁊ familie ⁊ ei⁹ curam. p boc qđ dicit vsufructuariā babebit victū ⁊ vestitū. Silr si diceret relinquo eā dñam et dñatricē bonorū meoz intelligit q fm q̄litatē p̄monij bonorifice babeat sua necessaria ⁊ sit gubernatrix dom⁹. ⁊ sic sapientes ⁊ cōis vsus interp̄tant. vt no. glo. in aut. hoc locū. bz. C. si scdo nup. ⁊ sic fecit Dauid cū dī de eo. Cōstituit eū dñm domus sue. i. rectorē. ⁊ sic ponit in greco qđ est. ff. mā. l. creditor. §. lucius. Dñs tū Ber. Cepola in tractatu suo. de serui. dicit verū sola alimenta fore relicta p̄ illa v̄ba dñam ⁊ vsufructuariā si filij sūt instituti: secus si exheredet. vt est glo. in. d. aut. hoc locū. et ibi p oēs. ⁊ Bart. in. l. ticia. cū testō. §. fi. ff. de lega. ij. ⁊ Bal. in. l. vnica. C. de indic. vi. qđ intellige supstātib⁹ filijs. secus si morerent filij viua mre: q: tūc efficeret p̄prietaria. vt no. singulariter Bar. p tex. in. l. sicut in annos. ff. q̄bus mo. vsufruc. amit. 47

¶Quid si dicit lego vsumfructū oīm bonoz meorū vxori mee. vel relinq̄ vxorem meam vsufructuariā: Rx. q insolidū habebit vsumfructū oīm bonoz ita q poterit facere de illis quicq̄d placuerit etiaz si essent vltra q̄titatez alimētoz. vt. ff. de vsufr. le. l. vxori mee nisi filios haberet in quo casu filij haberent saltem legitimā partem in vsufructu fm do. Dofre. sicut ipse no. in aut. nouissima. C. de inoffi. testa. q̄ limitat. d.l. vxori. quo ad filios. sed nō q̄ ad extraneos. 48

49 ¶Utrū legās vsꝰi sue habitationē seu vsumfructū habitationis domꝰ sue qđ idē ēst.l.cū antiq̄tas.C.de vsufruc.z in eodē testō legādo dictā domū alteri ademerit dictū legatum vsꝰus? Rn. q nō.tex.est in.l. sempronio.in pn.ff.de vsufru.vbi ꝓbaī q legato generali vsufructꝰ vel habitationis nō derogaī p legatū speciale ipius rei.z ibi Bar. dicit q nō est alibi tex. p B.

50 ¶Quid si dicit relinq̄ ticio fundū ad vsufructuādū? Rn.do.Bar.vbi.s. q est relicta ꝓprietas. silr qñ dicit relinq̄ fundū ad gaudimentū.p.l. ꝓculus.ff.de vsufr. z ibi do.Flo.q̄ tñ distinguit verū si extranei sunt instituti.secus si filij dilecti:z placet in pscia. Iz alij indistincte velint q ꝓprietas sit relicta nō vsusfructus.

51 ¶Quō pōt fieri legatū? Rn.q potest fieri quibuscūq; verbis aptis tñ z idoneis:vt si dicat lego:do:dare iubeo:volo:rogo:posco:opto vt des.l.ij.C. cōia de leg. Itē pōt fieri pure:vt cū dī:lego tali centū et in diē vt lego tali vsq; ad pascha.Et die vt lego tali a pascha te in antea z sub ꝓditione p si:vt lego tibi centū si filiam meā accepis.vel p cū: vt lego tibi centū cū fueris xiiij.annoꝝ:tūc inest ꝓditio hec dum cōpletus fuerit xiiij.annꝰ z nō aliter.C.de lega.l.fi.. Fallit tñ in libertate vt videaī potius esse relicta in diem:puta si dicit seruū meū liberū iubeo cū filius meus erit.xxv. annorū.C.de fideicō.li.l.cōmissaria.Et vt scias differentiā inter legatū qñ fit pure z qñ fit sub cōditione vel i diē nō q̄ qñ legatū fit pure statim mortuo testatore cedit legatario.vt.j.§.lvj.Qñ vo fit sub ꝓditiōe añ cōditionis eventū nō cedit legatario.z iō si morieī ipe legatarius añq; ꝓditio impleaī remanebit apud grauatū z nō trāsmittet ad suos heredes. Limita B in legatis ad pias causas.vt.s.§.viij.Qñ vo legatū fit in diem:tunc si dies est incertꝰ oīno sic legatū est ꝓditionale.l.dies.ff.de ꝓdi.z de.z.l.stipulatio ista.§. inter certā.ff.de v̄.ob.z.l.si dies.ff.qñ dies le.ce.z glo. no.in.l. seius saturninꝰ.ff.ad treb. Si vo dies est certus oīni certitudine:vtputa cū legaī ticio in pascha futuro:vl qñ curret.1490.z bmōi.vel dies est certꝰ ad mīnꝰ in se:lz sit incertꝰ in ꝓprio subiecto:puta cū relinquiī talis possessio ticio qñ erit.xxv.annoꝝ. q istud tps est certū i se:q suo cursu pire nō pōt q̄n veniat illud tps sed in ꝓprio subiecto z sub tali q̄lificatione bñ est incertū q talis pōt mori añq; sit.xxv.annoꝝ.Et tūc legatū factū tali tpe vel die cedit legatario statim a die mortis testatoris q̄ ad transmissionē: q si legatarius moreī post mortē testatoris z añ illū diē vel tps. nichilominꝰ legatū debebiī eiꝰ beredibꝰ. vt ptz in.l. vnica.§.cū igiī.C.de cadu.tol. Intellige nisi aliud impediat.l.si ea q̄stio.C.de bis q̄.vt indig.B pz in.l.si cum heres.ff.qñ dies le.ce.z.l.heres.in pn.ff.de ꝓdi.et de. vbi pz q qñ q̄s legat ticio possessionē cū morieī:lz sit incertū qñ morieī:tñ q certū est q morieī: z ideo legatū est ad diē certū:z sic debebiī eiꝰ beredibꝰ. secus si legaret sic: heres dato possessionē Ticio cū morieris.vt sic est ꝓditionale:q ē in diē incertū:eo q ignoratur q̄s prius sit moriturus an heres vel ticius.z iō si ticius pmorereī legatū remanebit apd beredē grauatū. Itē aduerte q dictio si nō sp facit ꝓditionē: nā qñ apponiī tpe ꝓteritovel pñti nō facit ꝓditionē.l.institutio talis.in fi.ff.de ꝓdiī.instī.z.l.eas.in pin.z.l.si ita stipulatus fuero bāc summā.ff. de cōdi.z demon. Nec ob.l.si sic.ff.ō leg.j.q̄ impropꝛie loquiī. Qñ vo si respicit eventū futuri tpis cuius euētus est certus oīni certitudine: sic nō facit ꝓditionē fm Bar.in.l.j. ff.de cōdi.z demō. Idē dic q̄n ꝓditio est impossibilis l.j.ff.de cōdi.instī. Sed qñ eventus est certus: an sed incertꝰ qñ,vt moꝛs:sic facit ꝓditionē fm Bar.vbi.s. z glo.in.l.oibus.ff.de reg.iur.silr facit ꝓditionē quando eventꝰ est oīno incertꝰ. Itē dictio si aliqñ ponīt p q̄.l.videamꝰ.in pn.ff.de in ītē iur.l.ticiꝰ z meuiꝰ.ff. de admi.tu. Aliqñ ponīt p q̄uis.l.fi.C.de libe.z eoꝛ liber. Aliqñ ponīt simul cū dictione: z sic.l.z si. z stat p q̄uis.l.j.§.nūciatio.ff.de no.ope.nū.z diffuse. vide Bar.vbi.s. Dictio vo cū aliqñ bz vim copule.l. illi cū illo.ff.de vsufru.leg.z sic nō facit ꝓditionem nisi antea appareat volūtas disponētis.l.si fuerint.§.fi. ff.de testa.ma.z.l.si ancilla.ff.de lega.j. Aliqñ vo cuz est p̄iūctio videlicet qñ apponīt vbo ꝓteritivel pñtis tpis.z sic nō facit ꝓditionē.sed ponīt causatiue cū p q̄:vel aduersatiue p q̄uis.l. demōstratio.§.j.ff.de cōdi.z demō.z ibi Bar. Aliqñ repīt aduerbiū.s. cū pro qñ qđ est qñ apponīt verbo futuri tpis.z sic videī q tūc non sit differentia inter si z cū. z qđ vtrūq; faciat ꝓditionē.l.q̄ ꝓmisit.ff.de ꝓdi.inde. cū multis aliis in glo.d.l.demōstratio.sed q̄ multe leges videnī cōtrarie. Bart.ibidē dicit q est triplex differentia. Prima: q̄ si pncipaliter denotat ꝓditionē. Secūdo vo tps: q̄ nulla est ꝓditio q̄ in se nō habeat tps futurū. Cum vo denotat pncipaliter tps:q̄ est aduerbiū tpis.secundo ꝓditionē.pbaī.in.l.si ticio.ff. qñ dies lega.ce. Et ideo qñ ponīt circa substantiā obligationis:vel circa voluntatē q̄ exp̄mīt p verbū futuri subiūctiui si ponitur p si nō valet:sed bñ p cū. Verbi gr̄a. Stipulatio q̄ fit sic: promitto tibi centū si volueris nō valet. secus si dicat promitto tibi centū cū volueris.l. centesimus.§. fi.ff.de verbo.oblig.q̄ in ꝓma ꝓditio est expꝛessa p si. In secda est tacita p cū:z exp̄ssa nocent.l.nōnunq̄.ff. de ꝓdi.z demō. Secda differētia est:q̄ si legas mihi decem cū petiero nō facit ꝓditionē.l.si decē cū petiero.ff de v̄.obli.z.l.ticia.ff.de ꝓdi.z demō.§ bñ si lego decez si petiero.vt no.in.d.l.si decē.q̄ p si est ꝓditio exp̄ssa. p cū tps pncipaliter.Et ideo cū talis tpis exp̄ssio sapiat exactionē de pñti sive executionē nullā suspēsionem inducit.z ideo lz moriaī anteq; petat nō deficit ꝓditio.l.liber bō.§. decem.ff.de verbo.oblig.Tercia differētia est:q̄ si sive apponaī circa dispositionē sive circa executionē facit dispositionē conditionalē.l. quibus diebus.§. quidam ticio.ff. de cōdi.z demon. Sed cum facit dispositionem conditionalem in vltimis volūtatibus.vt.d.§.quidam ticio.z ibi no.secus in ꝓtractibus:sed bñ facit dispositionē resoluendam sub ꝓditione.vt.ff.de indi.adiec.l.ij.z ibi bona gl.Limita tñ q cum facit dispositionē in vltimis voluntatibus ꝓditionalem verū qñ addicīt dispositioni vltime que ꝓcernit voluntatē disponendi sive dispositionem legis si cui legeī.ff.de lega.j. nisi qñ relinquiī cōiuncte persone:quia tunc in dubio facit diem.dicta.l. seius saturninus.ff.ad trebel.sed secus quādo dispositio cōcernit p̄ceptum soluēdi sive executionē z tempus certuz saltē in se sicut est tempus certe etatis: q̄ tunc non facit conditionem:sed dilationem:q̄ de natura cum est facere tempus.l.bis verbis. et ibi Bal. C.qñ dies lega.ce. Aduerte etiā q lz dicaī lego tibi centū ea conditionevt facias tale q̄d:q̄ tale legatum non est conditionale sed modale.l.meuia.ff.de ma.testa.z.l.ij.ff.de dona.z sic verbū ea ꝓditione accipitur impropꝛie fm Bar.in.d.l.quibus diebus.

¶Utrū relictum in diem debeatur cū fructibꝰ inter 52
medij temporis? Rn. q si gratia legatarij fuit appositus dies: puta quia puer sic debeī. Si vo dies fuit

appositus gratia heredis sic non debenť. ꝛ sic cõcor. l.in fideicõmissaria.ff.ad tre.ꝛ.l.in fideicõmissi.§.cuꝫ polidius.ff.de vsur.ꝛ.l.eum.ff.de annu. leg.ꝛ est glo. in.d.l.ex bis verbis.

53 ¶Sꝫ pone q̃ legatũ ꝓditionale nõ iplet:nõ ex defectu legatarij sed alio mõ:Rn.q̃ aut ꝓditio respicit factum eius cui relinquit solũ: vtputa si manumiserit seruũ suũ.ꝛ tũc si ꝓditio deficit p casum: qꝛ moꝛit seruus morte naturali:sic ꝓsequet legatũ.l.q̃ sub ꝓditione.§.quotiens.ff.de ꝓdit.instit. nisi fuerit in moꝛa.l. placet.ff.de cõdi.ꝛ demon.Si vo deficit p aliũ: puta qꝛ fuit interfectus:tunc aget ꝰ interfectoꝛẽ lege aq̃lia l.inde neratius.§.idẽ Julianus.ff.ad.l.aq̃. Et si occisoꝛ est nõ soluẽdo de eq̃tate dꝫ admitti ad legatũ.l. ticio.§.fi.ff.de cõdi.ꝛ demõ.ꝛ.l.fi.ff. de eo p quem facerit.Si vo ꝓsistat in facto eius cui relictũ est ꝛ alterius etiã tũc si p casum foꝛtuitũ euenit ne impleat amittet legatũ nisi in fauoꝛe aliũ etoꝛ.l.annua.ff. de annu. leg.Si vo nõ p casum sed p factum alterius sic non amittet:sed ipm habebit.hec distinctio ꝓbať in.l. i testameto.ff.de ꝓdi.ꝛ demõ.ꝛ in glo.l.j.C.de instit.ꝛ substi.ꝛ est eq̃ssima nisi aliud dicas. In aliq̃ casu fauoꝛe libertatis.l.cum ita legať.ff. de cõdi.ꝛ demõ. Limita etiã illud qđ dĩ q̃ qñ cõditio nõ impleť p factũ eius verum q̃ legatũ deficit nisi cõditio esset inhonesta: qꝛ sic habeť ꝓ non adiecta.d.l.cum ita.

54 ¶Utrũ legatũ factum sub ꝓditione si nupserit sempꝛonio expiret si ñ ei nupserit:Rn.q̃ sic si honeste possit ei nubere:sed si sit indignus eius nuptijs tenet legatum:lꝫ ei nõ nubat: qꝛ ꝓditio q̃ ꝓpetuã viduitatez inducit remittiť: sed non q̃ tpalem. ꝛ qđ vni pmittiť alteri ꝓhibeť.ꝛ qđ in vno ꝓhibeť in ceteris pmittiť hec habenť ex.l.cum ita legatum sit. ꝛ in.l.cũ tale legatum.§.meuie.ff.de cõdi.ꝛ demon. Item si legatuꝫ sit vt nubat ꝑm arbitriũ sempꝛonij: qꝛ perinde est ac si non sit adiecta.l.filie sue.ff.de cõdi.ꝛ demon.

55 ¶Qua actione petunť legataꝛi:Rn. nõ solum p actiones ꝓsonales:sed etiã p in rẽ ꝛ hypothecariam in res moꝛtui.ꝛ idem dic in fideicõmissis. vt instit. de leg.§. nostra.ꝛ.C.cõia de le.l.j.

56 ¶Quõ ꝑñt peti legataꝛi:Rn.q̃ non ꝑñt peti nisi adita hereditate:nisi in legatis ad pias causas.de q̃.j.legatum.ij.§.ix. Vñ scias q̃ dñium rei legate postq̃ adita est hereditas ipo iuꝛo transit ab eo q̃ legauit ad legatariũ recta via.ff.de fur.l.a ticio. Mo.glo.in.c.raynaldus.de testa.Et ideo extũc ptinẽt ad legatariũ fructus rei legate.no.gl.in.l.in legatis.ff.ad trebel.l.a ticio.ff.de fur.l.legatum.la.ij.ff.de leg.ij.ꝛ.l.si tibi bõ.§ cũ seruus.ff.de leg.j.Fallit hoc q̃n legať res aliena.l. cũ aliena.C.de lega.ꝛ.l.nõ dubiũ.ff.de leg.iij. Item in legato relicto in genere.l. apud offidiũ.ff. de op. leg. Idẽ in legato alternatiue.l.bmõi.§.si stichũ.ff. de lega.j.ꝛ.l.statuliberũ.§.stichum.ff.de leg.ij. Idem in legato facto in diẽ:qꝛ nisi aduenieẽte die nõ trãsit.l.sempronius.ff.de vsufruc.le. Item q̃n aggrauat heredẽ ad vendendum rem.l.vꝛorem.ff.de lega.iij.

57 ¶Quo ordine capiẽt legataꝛij:Rn.q̃ nullũ ordinem obseruamus. sed simul oẽs eq̃liter tuemur. dicit text. in.l.is.cui.§.si plures.ff.vt in possess.lega.

Posthumus v. modis dicitur. Primo natus post mortẽ patris. Scõo post testamentũ añ mortẽ. vt. ff. de iniu. ru. q̃ test. l. ij. Tercio arrogatus filius. Quarto post mortẽ aui q̃ incipit nepos in sui patris potestate esse vt posthumus. Quinto nepos auo moriente filio patre. hoc no. glo. C. de postu. in Rica.

Prebenda ꝓprie cõsistit in fructuum perceptione. Canonica vo in iure alicuius q̃ in canonicũ receptus est ad quod ius postea ptinet p̃benda ⁊ stallus in choꝛo ⁊ locus in capitulo. de hoc habes in consti. cum. M. de instit. c. j. et per Inno. in. c. relatũ. ⁊. c. dilectus. de p̃ben. ⁊ in. c. olim. de vbo signi.

1 ¶ Qui põt habere p̃bendas. vide. ſ. Beneficium. §. tiij. ⁊ de magistris: vide Magister.

2 ¶ Utrũ valeat ꝓmissio de p̃bẽda vacatura? R. Innocẽ. q̃ non. de p̃ben. c. relatum. dicit tñ glo. ibidẽ. q̃ põt cõmitti canonico iam recepto.

3 ¶ Utrũ prebenda sit quid spũale? R. q̃ partim sic: et partim non.

Precarium dr̃ qñ p̃cibus petẽti vtendũ pcedit̃ tãdiu q̃diu is q̃ concessit patit̃. vt in. c. vl. e. l. j. ff. e. ⁊ est ꝓtract⁹ gratuit⁹ sꝛis alijs gratuitis. Sz in multis differt a donatione q̃ nõ reuocat̃ regulariter. differt ⁊ a cõmodato. q̃ in cõmodato bz esse vsus certus ⁊ tps saltẽ tacite determinatũ. vñ si vnũ istoꝛũ deficit erit p̃cariũ nõ cõmodatũ. Si eĩ pcessi tibi libꝝ vt illũ trãscriberes: erit cõmodatũ q̃ ad certũ vsum et tps tacite determinat̃ sez q̃tũ cõmode trãscribi põt. l. interdũ. ⁊. l. ꝓinnus §. cũ ita. ff. de v. ob. ⁊ nõ põt reuocari añ vsum cõpletũ. vt in. c. j. de cõmodato. Precariũ añt põt reuocari ad placitu: etiã si interuenisset pactũ de nõ reuocãdo vt in. c. fi. eo. nisi fuisset appositũ p̃ viã cõditionis. q̃ sic vitiat ꝓtractũ. facit. c. fi. de pdi. ap. ⁊ qđ no. Bar. in auth. ingressi. C. de sa. san. ec. Rõ ſm Bar. i. l. in cõmodato. ff. cõmo. q̃ nõ est pcessuz ad certum vsuz. Hoc limito verũ nisi vellet reuocare sine cã ⁊ cum magno damno alterius. q̃ obstaret sibi exceptio doli cũ non possit negari q̃n p̃cariũ sit bñficiũ. g̃ beniuola actio. ⁊ iõ nõ bz q̃s aduersari in bñficio pcesso: sicut dicimus in mutuo pcesso viatoꝛi q̃ ipm detinuit post modũ. q̃ eũ penituit. vt no. Jo. an. in pbemio decretaliũ. Itẽ differt. q̃ in p̃cario venit solũ dolus ⁊ lata culpa. g̃ in cõmodato venit leuissima. vt in. l. q̃situ. §. ⁊ illud. ff. de p̃cario. ⁊. l. ꝓtractus. ff. de iureiu. ⁊ ibi reddit̃ rõ diuersitatis. Hec elicio a Cy. in. l. ij. C. cõmo. ⁊ Bar. in d. l. in cõmodato. ⁊ Jo. an. in. c. vnico. de cõmo. ⁊ pa. in. c. fi. de p̃ca. ⁊ idẽ in. d. c. vnico. dicit. q̃ etiã p̃cariuz põt cõcedi ad certũ vsum. ⁊ distinguet̃ a cõmodato p̃ nomẽ p̃cariũ. puta cũ dicit. pcedo libꝝ ad trãscribendum precario nomine.

¶ Quot modis soluit̃ p̃carium? R. q̃ ꝑmo volũtate ei⁹ q̃ pcessit. l. j. ff. eo. Scõo morte ei⁹ cui pcessum fuerat. c. fi. eo. q̃ est pcessio psonalis q̃ extinguit̃ cũ psona: vt in regula ꝓilegiũ. de reg. iu. li. vj. Tercio alienatione rei p̃cario pcesse si is cui est alienata a primo dño velit reuocare. d. c. fi. Quarto finito tpe ad quod res fuerat pcessa. l. cũ precario. ff. eo.

¶ Sz nunq̃d reuocat̃ morte pcedẽtis? R. Pa. in. c. p̃cariũ. eo. q̃ nõ. ⁊ ibi tex. Ex q̃ infert vaũ notabile. q̃ vbi actus validitat̃ pẽdet ex volũtate alterius: nõ reuocat̃ p̃ illius mortẽ: iõ q̃ ꝑsumit̃ q̃s in ea volũtate pseuerare in q̃ q̃s decedit. c. maiores. de baptismo. et ido lz ꝑoꝛ claustral̃ possit reuocari ad libitũ abbatis. vt in. c. cũ ad monasteriũ. de sta. mo. nõ reuocat̃ tñ p̃ mortẽ ipius abbatis. itellige si ab abbate cũ capl̃o fuit ꝓpositus. vt. ſ. eps. §. ix. p̃ B facit. c. fi. ne se. va. Secus si esset pcessum vsq; ad bñplacitũ suũ. q̃ p̃ mortẽ reuocat̃. c. si gratiose. de rescrip. li. vj. vide Bar. in. l. si centesimis. ff. de v. si.

¶ In q̃bus reb⁹ psistit p̃cariũ? R. q̃ in rebus mobilibus ⁊ imobilib⁹ ⁊ incoꝛpalib⁹. Mã seruit⁹ p̃cario põt pcedi. ff. e. l. ij. §. vlt. ⁊. l. iij. ⁊. iiij. j. rñso. in re ꝓpria psistuere nõ põt. d. l. iiij. §. itẽ si rem. qđ verũ est q̃tuz ad dñium ⁊ ꝓprietatẽ: sed bñ q̃tũ ad vsum possessionis seu detentionis. l. certe. §. pe. ff. eo.

Precaria feminini gener̃ penul. ꝓducta. et p̃carie ſm Pa. in. c. j. eo. dicit. q̃ nõ differũt inter se. g̃ bñ differunt a p̃cario. q̃ p̃caria dr̃ ꝓtractus ad p̃ces alicuius vel aliquoꝝ initus vsq; ad certũ tps ſm q̃ partes conuenerũt. nec añ illud tps põt reuocari. vel dr̃ p̃caria ad p̃ces aliquoꝝ facta donatio vsq; ad mortẽ accipiẽtis. rñ. q. ij. p̃carie. ⁊ in gl. d. c. j. ⁊ dicit Bar. in auth. ingressi. C. de sa. san. ec. ⁊ in l. si finita. ff. de dam. infec. q̃ in oĩbus ⁊ p omia p̃caria est eiusdẽ nature cũ ꝓtractu emphiteotico. ⁊ idẽ volũit in. l. j. C. de iu. emphi. est glo. x. q. ij. p̃carie. ergo seq̃tur naturã emphiteosis. p hoc bonus tex̃ in auth. de nõ alie. §. lex ita q̃. vbi patet q̃ ꝓtractus nouus inuẽtus a ꝓsuetudine: ex q̃ resultat idem effectus q̃ resultat ex aliq̃ ꝓtractu inuẽto a lege cẽseat̃ eiusdẽ nature.

Et hoc intelligo verū vbi nō fit gratis sed aliq̄d soluitur. differt nihilominus. q̄ renouaē de q̄nquēnio in quinquēniū nō empbi. vñ no. q̄ pcaria fit aliq̄n etiaz nō gratis. sicut q̄n sup solo ecclesie fit aliq̄d edificiū ꝛ soluit annuatim aliquid. Fit etiā q̄n alicui dat alicui ecclesie possessionē vnā. ꝛ recipit ab ecclesia duplum aut triplū vtendū toto tpe vite sue. Et nō. in. d. c. pcarie. x. q. ij. fit etiā q̄n clerico vel laico datur aliq̄d vtendum toto tpe vite sue. Aliqui volunt q̄ pcaria ꝛ pcarie in hoc differāt. q̄ pcaria est solū vsq; ad mortē illius cui concedit. vel etiā citra. pcarie vo aliquādo durat post mortē. ꝛ oportet q̄ de quinquēnio in q̄nquēnium renoueē. sed pcaria non.

1 ¶ Utrum precaria possit fieri sede vacante siue ecclesia? R. q̄ nō. x. q. ij. precarie.

2 ¶ Utrū cuilibet possit fieri? R. q̄ nō iconomo vel eī cōsanguineo. x. q. ij. hoc ius.

3 ¶ Utrum requiraē solennitas in pcaria sicut in alienatione rei ecclesie? R. q̄ in renouatione certū est q̄ non requiriē. vt no. abbas. in. c. j. c. Et dicit q̄ plat⁹ solus sine ꝓsensu capli pōt eā facere. Facit texē. in. l. pupillor. §. j. ff. de rebus eor. ꝛ qđ no. Bar. in auē. Hius. C. de sa. san. ec. In pcessione vo credo q̄ requiratur si est talis rei vel tanti tpis que alienari nō possit nisi cū debita solēnitate: vt patet ex dictis. tum q̄ nō potest reuocari ante tempus conuentū.

4 ¶ Utrū requiraē necessario q̄ renoueē de q̄nquēnio in quinquenniū? R. q̄ sic. ꝛ cadit a iure suo post quinquenniū si nō renouat vt dicit glo. in. d. c. j. ꝛ boc verū in rebus ecclesiasticis. in laicalib⁹ vo credo q̄ ſm cōsuetudinē dz renouari. q̄ ꝓsumiē actū qđ est ꝓsuetū l. semp in stipulationibus. ff. de reg. iuris.

5 ¶ Utrū habens rem pcario noie vel sicut pcaria possit eam pscribere? R. glo. xxj. q. iij. c. clerici. q̄ regulariter nō pōt nisi ex magna lōginquitate tpis dns obliuiscatur de possessione taliter q̄ nesciat vbi sita sit. qđ posset habere locum si possidens esset in bona fide. aliter non.

Preceptum est iussio vel imperiū faciē di aliquid vel non faciēdi. Quō distinguiē? R. dupl̄r. s. p affirmatiuum ꝛ negatiuum. Affirmatiuū stricto vocabulo dz pceptū. ꝛ obligat pro sp. s. p loco ꝛ tpe debito: sed nō ad sp. i. ad oēs tps. Uñ filius nō teneē semp ad honorandū ꝑem in oñi tpe. q̄ h̄ est impossibile: sed solū cū oportunitas occurrit ꝛ tps req̄rit. Negatiuū aūt pceptū ꝓprie dicit ꝓhibitio q̄ obligat pro semp ꝛ ad semp. q̄ teneor sp ꝛ oñi tpe nō mechari. no. h̄ Archi. in. c. si peccauerit. ij. q. j. ꝛ Pa. in. c. nouit. de iudi. ꝛ theo. in. iij. sentē. di. xxxvij.

8 ¶ Quot sunt genera pceptorū legis diuine veteris? R. q̄ tria. Quedam sunt moralia: q̄ sunt de dictamine legis nature: vt sunt pcepta decalogi. Quedā sunt figuralia seu mystica q̄ aliud significāt pter id qđ lra sonat. Horū alia sunt sacr̄alia: sicut illa de quibus rō reddi pōt q̄re ad lram sic pcepta fuerunt. vt de circūcisione ꝛ de obseruatione sabbati. Alia cerimonialia: sicut illa de q̄bus rō reddi nō pōt: quia sic pcepta fuerint ad lram: vt illud. Nō arabis cum boue ꝛ asino. Et illud. nō facies vestē de lana ꝛ lino ꝛ hmōi. Et de istis nō. in glo. in. §. bis ita respondeē. vj. di. Quedaz sunt iudicialia: vt illa q̄ in decisione causarū sunt determinata. Exod. xxj. ꝛ sunt determinationes iusticie inter boies seruāde. ꝛ hodie figuralia tam sacramēta lia q̄ cerimonialia nō tñ non sunt seruanda: sed etiā sunt peccatū mortale post xp̄m ipsa seruātibus vt ea lia. Precepta vo iudicialia sunt mortua. q̄ non obligant nisi ille q̄ hz potestatē statueret obseruāda. quia tunc nō obligarēt vt iudicialia legis antiq̄: sed vt ius canonicū vel ciuile aut municipale. in quo pcipiunē ſm Sco. in. iij. dist. xij. q. v. ꝛ Pa. in. c. j. de bomi. facieē ter. in. l. j. C. de ve. iur. enu. vbi dī. Omia merito faciamus nr̄a q̄ ex nobis ois impartiē auctas. ꝛ c. si apostolice. de ꝓben. li. vj. Moralia autem pcepta omnia comprehēduntur in decem preceptis decalogi. q̄ ponuntur Exo. xx.

¶ Quō ordinanē pcepta decalogi moralia? R. ſm cō 2
muniorē modū qui habeē ab Aug⁹. sup Exo. s. vt primum pceptū sit. Nō habebis deos alienos coā me. ꝛ nō facies tibi sculptile nec omnē silitudinē. Scām. Nō assumes nomē dei tui inuanū. Tercū. Memento vt diē sabbati sctifices. ꝛ hec ad primā tabulā dicitur ptinere. Primū pceptū scde tabule est. Honora ꝓem tuū ꝛ matrē tuam. Scām. Non occides. Tercium. Nō mechaberis. Quartū. Nō furtum facies. Quintū. Nō loq̄ris ꝓra ꝓximū tuū falsam testimoniū. Sextū. Nō ꝓcupisces domū ꝓximi tui. nō seruū nō ancillā. nō bouē. nō asinū. nec omnia q̄ illius sunt. Septimum. Nō desiderabis vxorē eius. Magr̄ tñ in. iij. dis. xxxvij. ponit septimū ꝑ sexto.

¶ Circa ꝓmū pceptū notandū q̄ tria, ꝓhibenē nobis 3
Primo oēs ꝓbane pactiones demonū: siue fiāt per incātationes vbor siue p inscriptiones characterū vel imaginū: siue p immolationes sacrificior. ꝛ h vel ad ludificationem sensuū vt faciūt hystriones. vel ad trāsmutationē naturarū vt fecerūt magi ꝓbaraonis. vel ad inuestigationē futuror ptingentiū seu occultor: sicut faciunt diuini. oia ꝓhibenē sub pena mortalis peccati. q̄ i his attribuiē creature qđ debeē creatori. Et iō peccaē mortaliē ꝓtra istud Non habebis deos alienos coā me Exo. xx. Scdo, ꝓhibenē oēs fallse ꝛ superstitiose inuētiones errorū vel obseruantiarū: ꝑ fidē ꝛ bonos mores cū dicit. Nō facies tibi sculptile. Hmōi aūt errores ꝛ superstitiones ꝓcedunt aut ex improbo ausu inuestigationis ꝓhibite. aut peruerso intellectu sacre scripture. aut ex inordinato affectu carnalitatis būane. de q̄bus Hiere. Stultus factus est oīs hō a scia sua. cōfusus est artifex in sculptili suo. vana sunt opa eor ꝛ risu digna. ꝛ in tpe visitationis ꝑdūt Uñ semp est mortale pctm̄: nisi in casu. vt habes. ē. Hereticus. in pn. ꝛ in casu. vt habes. ī. Superstitio. §. ī Tercio ꝓhibenē oēs peruerse appciationes creaturārū: cū dī. Nec oēm silitudinē ꝛc. Dis aūt peruersa appciatio creaturarū ꝓcedit. aut ex sublimitate aut ex cupiditate aut delectatione. Primo mō est idolatria superbor. Scdo mō auaror. Tercio mō luxuriosorum. Unde Hiero. Qđ quis plus venerat ꝛ amat hoc illi deus est. Et ideo superbus colit similitudinē celestium. q̄ diligit sup omnes ꝑferri. Cupidus vo colit similitudinē terrestriū. q̄ sup oīa cupit ditari. Lasciuus autem similitudinē aquatilium. q̄ sup cupit delectari ꝛ flectiē in delicijs sicut aqua. Phiē. iij. Quor deus vēter est. Quō aūt superbia auaricia ꝛ luxuria sunt peccata mortalia: habes in titulis suis.

¶ Circa scām pceptū nō. q̄ nomē dei tripliciter assu- 4
mitur. Primo ad efficiendum. vt in sacris. sicut in baptismo cum dicit. Ego baptizo te ꝛc. Scdo ad ꝓmittendum vt cum quis iurat vouet vel ꝓmittit aliq̄d deo vel sanctis. Tercio ad exprimēdum. vt cum quis loquitur cum iuramēto. Similiter multipliciter assu-

mit in vanū. Primo p sacri frustrationē. sicut cū qs nō credit vt hereticus. vel gram sacri deserit z hmoi. qđ semp mortale pctm est. Scđo p voti fractionē. et b̄ sit triplr. Primo p tardationē implēdi. Scđo p cōtrariā voluntatē seu fractionē voti. Tercio p apostasiam. z quō sit mortale: habes. j. votū. iij. z apostasia. in p̄n. cū duobus. §. sequē. Tercio assumit nomē dei in vanū p bois blasphemi locutionē. vide. s. blasphemia. Quarto assumit in vanū in p̄dicatione q̄ fit vana intentione. de q̄ vide. s. bonor. §. vij. z. j. vana gloria. §. j. Quinto in oīone q̄ est sine vlla cordis affectione. de q̄ dic vt. s. oro. §. x. Sexto in quersatione seu operatione in q̄ forma sanctitatis assumit tm̄ in exteriori ope. non p deo sed solū p humano fauore. de q̄ vide silatio z vana gloria. §. j. Septimo p iuramēti peruersionē. z b̄ duplr. aut iurādo querse aut nō seruando. de quo vide Juramentū. per totū. z piuriū. p totum. Octauo per vsurpationē adiurando que nō debet. de quo vide Adiuratio. §. iiij.

¶ Circa tercīū p̄ceptum nō p̄m orig. q̄ factū dī separatim ab vsu cōi ad cultū dei. p̄ceptū ergo de sanctificādo sabbato est vt cor a curis superfluis separet z diuino cultui mancipet. z b̄ est vacare deo. Hoc aūt fit tripliciter. Primo generaliter. s. dū nos a vicijs separemus. z intentionē nr̄am ad sabbatū. i. requiē eternitatis habeamus. Scđo spāliter. dū. s. tpibus statutis z ad hoc deputatis nos etiā a licitis separantes opibus: deo orādo z meditādo vacamus. z hoc est sanctificatio sabbati. Tercio spālissime: sicut est in viris pfect̄ ptēplatiuis q̄ ab oibus mundanis se separant vt deo familiariter intendāt. p̄ma sanctificatio est necessaria. scđa debita. tercia pfecta. Aduertendū est etiā q̄ vacatio ad deū est duplex. Alia in habitu. z hec nō recipit taxationē tpis q̄tum ad eos q̄ sunt in charitate. q̄ offerūt deo in habitu totū tp̄us vite sue. q̄tum vo ad seruientes deo ex timore pene habet taxationē tpis Alia est vacatio in actu q̄ etiā recipit taxationē tpis. q̄ nō sp̄ bō mortalis pōt deo vacare actualr. z ex hoc ptz q̄d vult p̄ma dausula hui⁹ p̄cepti. s. Memēto vt die sabbati sctifices. Addit scđa dausula in q̄ p̄cipit opari determinato tpe ꝯ ociositatē cū subdit. sex diebus opaberis z facies oia opa tua. Pro q̄ sciendū q̄ triplex est labor. Primus est debit⁹. Et iste est duplex scz vnus excludēs ociū aie inimicū. z ad hunc tenent oēs. q̄ libet tenet se exercere in aliq̄ vtili. rōne cui⁹ excludat a se tētatiōis ingressus. p̄m illud Ecci. xxxiij Mitte illū in opationem ne vacet z̄c. Alius introducēs fructū. z iste est tripler. Unus platox de cura subditox. de q̄. j. Thim. v. Alius actiuox circa spūalia vt est labor p̄dicatox z p̄bror ministrantiū spūalia seu sacra. Alius est ptēplatiuox in q̄bus z si q̄escat corpus a strepitu mūdi. tm̄ mēs inuigilat sollicitādo deo placere z aliis gram impetrare. Unde p̄dictis laborib⁹ laborātes p̄nt viuere de elemosyna. q̄ p illis a q̄bus accipiūt vtiliter laborāt. Scđs labor est processus. s. hominū mūdi circa occupationes tpaliū vt habeant vnde viuāt p̄m statū eox z aliis subueniant. de q̄ Eph. iiij. magis aūt laboret opando manibus z̄c. z ad hunc tenent fortes corpore ne coganť viuere ociose de bonis q̄ debent aliis. Tercius est labor prohibitus. s. curiositatis z cupiditatis q̄ extinguit spūalem quietem deo.

Sequit̄ tercia dausula in hoc p̄cepto in qua interdicit operationē in sabbato cum dicit. Septima autē die sabbatū dñi dei tui est. Nō facies in eo oīne opus tu z filij tui z serui tui z ancille tue: et aduena qui est intra portas tuas. Un ad ir̄am p̄cipit vt bō vacet a corporalibus opibus q̄ vacationē ad deū impediunt in solēnitatib⁹. vt est negociatio z hmōi opa seruilia. Scias igitur q̄ opus seruile dī a seruitute. Unde melius intelligas aduerte q̄ est triplex seruitus. Prima est seruitus dei. z hec nō prohibet. vñ glo. Mu. xxviij. dicit. q̄ fabri z hmōi artifices ociant in die sabbati. lector aūt diuine scripture nō desistit ab ope suo. nec tm̄ ptaminat sabbatū. Scđa seruitus est pcti Joh. viij. Qui facit pctm̄ seruus z̄c. z hec prohibet intelligendo de mortali nō de veniali. vñ peccans mortaliter facit ꝯ istud p̄ceptū. nō tm̄ sortit spēm ex hoc nisi moueretur ad pctm̄ vt quaricaret istud p̄ceptum. q̄ vt dicit phs. v. eth. c. iij. si quis luxuriet vt lucret auarus est si aūt vt delectet luxuriosus est. tm̄ circūstātia q̄ spāli prohibitione prohibet. Et ideo duplex est pctm̄ rōne retatus p̄m Alex. de al'. Tercia seruit⁹ est q̄ bō seruit boi vñ opa corpalia intantū dicunt seruilia inq̄tū ꝓprie ptinet ad seruientes. Inq̄tum aūt sunt cōia seruis z liberis nō dicunt seruilia. z ideo opus corpale pertinēs ad salutē ꝓprią siue ꝓpri siue ad euitandū damnum imminēs exterioris rei: nō est ꝓtra observantiā sabbati. vt p̄z Jo. vij. z Mat. xij. z in. c. lz. z. c. cōquestus. de fer. xxij. q. viij. si nulla. de p̄si. di. j. sicut nō aliq̄ q̄ hec p̄cipiunt oibus. Prouer. xxiij. crue eos q̄ ducunt ad mortē. Deut. xxij. Nō videbis bouē aut ouē fratris tui errantē z̄c. Et ideo nō ptinet solū seruis s etiam liberis. Et de hoc vide vel dic vt. s. Ferie. §. ix. z sequentibus.

¶ Sz quare magis p̄cipit observatio sabbati q̄s alia 6
rum solennitatū? R. q̄ cū oēs solēnitates veteris leg sint institute in cōmemorationē alicuius bñficij diuini. vel ꝓteriti cōmemorati vl' futuri ꝓfigurati. Jō magis sabbatū p̄cipit. q̄ bñficiū creationis in hoc cōmemoratur q̄n est p̄cipuū inter ꝓterita cum dī Exo. xx. Sex diebus fecit celum z̄c. Sil'r bñficiū ꝓfigurale p̄cipuum z finale. s. quies mētis in deo. vel in p̄senti per gram. vel in futuro p gl'iam. q̄ bñficia oia cōplectunt. Non sic aūt alie q̄ solū ꝓpter particularia bñficia cōmemorant. vt pascha ꝓpter liberationem de egypto z figuram christi.

¶ Utrum queniēter sit mutatū in dñica? R. q̄ sic. q̄ 7.
sabbatū figurabat quietē dñi in sepulcro die. vij. z requiē sanctox futurā in celo per xp̄i meritū in. vij. etate. Et ideo aduenīēte vitate debuit cessare figura. Itē debuit cessare ꝓpter exclusionez errōis: ne forsitā q̄s crederet q̄ obligatio ad cerimonias veteris legis maneret. sicut ptz de p̄se. di. iij. c. puenit. vñ queniēter debuit in aliū diem mutari. nec alius fuit q̄ magis cōueniret q̄m ꝓmus. tū ꝓpter bñficiū creationis celi z terre et resurrectionis xp̄i: z multis aliis. de quibus dicitur di. lxxv. q̄ die dñico. de p̄se. di. iij. sabbato. z. c. iciunia.

¶ Circa quartū sciendū est q̄ ꝓpie z per se bonorari 8
precipit in hoc p̄cepto homo qui est p̄ncipium in esse nature: sicut est pater z mater carnalis. z homo q̄ est p̄ncipium in esse gr̄e ꝓpter ministeriū: sicut est p̄latus spūalis. z cōsistit iste honor in reuerētia z sustētatione. vt dicit glo. ad Eph. vj. Reuerētia vo consistit in tribus. s. in affectu. s. timendo patris offensaz et amore. Leui. xix. Unusquisq̄ patrē z matrē timeat. In effectu. s. obediendo. ad Eph. vj. Filij obedite parentibus. In signo. s. assurgendo z hmōi. Sustentatio vo consistit in solatio verbox. in seruitio operum z in exhibitione necessariox. In isto etiam precepto p̄m theologos intelligitur mandari quicquid ptinet ad rect.

dendū debitū cuicūq; psone: sicut sequarū includit in principali. Et de B̄ pcepto vide. s̄. Filius. ℣. xxx.

9 ¶ Circa quintū p̄ceptū aduerte. q; B̄ pcepto explicite, pbibet homicidiū. implicite vo ois motus ire. sicut mōstrat dns Matt. v. In B̄ ergo pcepto, pbibet ois lesio q̄ fit in psona, primi. ⁊ ideo peccat mortaliē quisq; eū occidit. truncat mutilat. verberat. ledit notabiliter. vel animū deliberatū ledendi bz: nisi in casib⁹ a lege pcessis. de q̄bus. s̄. Homicidiū. j. ⁊. iij. ⁊. s̄. Percutere ⁊. s̄. Defensio. Idē dic de incarceratōe. de q. s̄. Carcer. ℣. iij. Prohibet duellū. de q̄. s̄. Duellū. Item torneamentū. de quo. j. Torneamentū. Itē bellū. de quo. s̄. Bellū. Item Alle. de al'. in. iij. per. sum. in expositione huius p̄cepti dicit. Mō q; interp̄tatiue in B̄ p̄cepto prohibet occisio spūalis q̄ q̄s est alteri occasio ruine in pctō mortali et spūalis mortis sicut psuasio mali ⁊ factū minus rectū p̄bens alteri occasionē ruine. vel q; moriat in pscia, p̄pria. vt p odiū. vel in aliena: vt p detractionē. de q̄ dic vt. s̄. Detractio. Scādalum. odium. ⁊ alīs locis suis.

10 ¶ Circa sextū p̄ceptū nota q; bz mechari idē sit quod adulterari. ⁊ sic videat solū adulteriū, pbiberi. tñ fm Aug. in B̄ pcepto, pbibet ois illicitus coitus ⁊ illoꝝ membroꝝ ois illicitus vsus. xxxij. q. iiij. meretrices. Dis aūt illicitus vsus determinat p. viij. differētias. sc̄z p fornicationē. de q̄. s̄. fornicatio. p meretriciū qđ sit duobus modis. s. p vagā infectationē libidinis. et mulierū solutarū. ⁊ sic differt a fornicatione q̄ est cuz certa ⁊ vna sola psona. Itē meretriciū est solutarum mulierum venalis ⁊ publicus pcubitus. d. c. meretrices. p adulteriū. de q̄. s̄. Adulterium. p stupū vide. j. Stupū. p sacrilegū pcubitū q̄ est inordinatus cōcubitus in q̄ otinentia deo sacrata ledit siue violat. sacrata dico p ordinē sacrū aut religionē seu votū continētie. p incestū q̄ est inordinatus coitus q̄ vinculū cōsanguinitatis vel affinitatis vel p̄nitatis violat. per pctū sodomiticū qđ est inordinatus coitus q̄ naturalis vsus in illū puertit: q̄ est p̄ naturā. ⁊ octauo per libidinosum coitum p̄iugalē. de q̄. s̄. debitū. Prefatarum differentiarū. vij. p̄me semp sunt pctū mortale. octaua vo aliquādo sic. aliquādo nō. vt. s̄. debitū patet. ⁊. s̄. Luxuria.

11 ¶ Circa septimū p̄ceptū nō. q; furtū dr̄ tripl'r. s. p̄pria de quo. s̄. Furtuz. in p̄n. Et cōiter. ⁊ sic est ois illicita vsurpatio rei aliene: fm Aug⁹. in li. qō. Exo. xxij. ⁊ sic cōprehēdit rapinā. vsurā: ⁊ oēm illicitā vsurpationē rerū alienarū. vt in. d. c. meretrices. Interp̄tatiue vo dr̄ ois illicita possessio rerū. ⁊ totū B̄, pbibet in p̄fato p̄cepto. Et ideo habentes supflua respectu status sui ⁊ familie: si nō subueniūt indigētib⁹, p loco ⁊ tpe mortaliter peccāt. multomagis si indigētes sunt in extrema necessitate. ⁊ de B̄ habes. s̄. Elemosyna. ℣. j. Itez cōmittūt furtū p̄lati q̄ res ecclesie dant meretricibus psanguineis. potētibus nō indigenibus. ⁊ bmōi. Similiter indebite seruādo. Itē cōmittūt furtū q̄ res accipiunt ab eis q̄ alienare nō p̄nt: ⁊ bmōi. De B̄ habes s̄. Furtū. rapina. vsura. restitutio ⁊c.

12 ¶ Circa octauū no. fm Alex. in. iij. parte sum. de isto p̄cepto. q; pbibet in hoc p̄cepto oīe genus mēdacij quod est pctū mortale non aūt illud quod est venale. ⁊ hoc large: sed stricte solum mēdacium in iudicio prohibet etiam falsitas aperte dicētis ⁊ taciturnitas veritatis. Qñ aūt peccet mortaliter quis mentiendo vide. s̄. mendacium. vel tacendo veritatem: habes. s̄. Cōfessio. j. ℣. vij. ⁊. j. Testis. ℣. xxvj.

¶ Circa nonum et decimum p̄ceptum. vbi no. fm 15
Alle. in expositione horū p̄ceptoꝝ. q; tripliciter potest cōcupiscentia sumi. Uno mō, p appetitu vegetabili. et talis cōcupiscentia, put est inordinata est a fomite mouēte. i. a corruptione originalis culpe. Alio mō potest dici appetitus sensibilis. ⁊ hec, put est inordinata est a mouēte sensualitate cum fomite. Tercio mō cōcupiscētia est appetitus rōnalis: ⁊ sic est a liberi arbitrij voluntate cōcupiscētia. Primo mō est in suggestione. Secō in delectatione. Tercio in consensu. Per hec ergo p̄cepta non, pbibet motus p̄mus ⁊ secōs cōcupiscentie: qui cōsistit infra limites sensualitatis: sed ex, pbitione huius p̄cepti prohibet consensus voluntatis in opus vel delectationem. et hoc sub pena mortalis peccati.

¶ Utrū malavoluntas ⁊ opus sint duo pctā? R̄. fm 14
Alex. vbi. s̄. q; qñ voluntas ⁊ opus exterius consideratur in radice. s. libidine ⁊ intētatione sunt idem peccatum formaliter. Intellige si sunt cōiuncta vt causa ⁊ effectus. Si vo cōsiderat voluntas in se ⁊ opus in se. sic sunt diuersa pctā. qz alie sunt circūstantie boni debite actui exteriori q̄ voluntati. quia diuersificant modus locus ⁊ tempus: ⁊ quedā alie. licet circūstantia finis sit eadem. Si ergo vt dicit Aug⁹. peccatū est actus incidēs ex defectu boni. alius autē defectus est hinc. alius inde q̄ fm hoc aliud pctm̄ intellige materē aliter. Silr est aliud quādo sunt fm aliud ⁊ aliud tēpus. ita q; intermedio cadat aliq̄d aliud. quia diuerse auersiones. ⁊ sic formaliter diuersa peccata.

¶ Quare magis, pbibet seorsum volūtas ⁊ opus in 8
mechia ⁊ furto q̄ in alīs? R̄. Alex. vbi. s̄. qz delectatio mechie ⁊ vtilitas diuitiarū sunt, pter se appetibilia in q̄tum habent rōnem delectabilis vel vtilis. ⁊ iō debēt in eis, pbiberi opus ⁊ cōcupiscentia. Sz homicidiū ⁊ falsitas habent in se horribilia. ⁊ fm se ita sūt. ergo sufficit eorum prohibitio.

¶ Quare magis, pbibent in spāli auaricia ⁊ luxuria 16
q̄ alia pctā mortalia? R̄. qz, pter improbitatē libidinis citius, pgrediunt in opus exterius. nihilominus alia capitalia, pbibent implicite. Superbia, pbibet in adoratione dei ⁊ honorificatione proximi. Inuidia ⁊ ira in, pbitione homicidij. Accidia in sanctificatione sabbati. Auaricia in prohibitione furti. Luxuria ⁊ gula ⁊ delectatio inordinata carnalis sibīnuicē piuncta, pbibent in, pbitione mechie ⁊ adulterij.

¶ Quot sunt genera p̄ceptoꝝ euangelicoꝝ? R̄. fm 17
Astēn. li. j. ti. xliij. q; quedam sunt specialia respectu personarū presidentium. vt illa q̄ specialiter dantur apostolis Mat. x. que omitto. Quedam sunt generalia respectu omniū: de q̄bus Matth. xix. ⁊ Luce. xj. que sic ordinant ab euangelista. Primū, pbibet ira. cum dicitur. Audistis quia dictum est antiquis. non occides. ⁊ de hoc habes. s̄. Homicidiū ⁊ Ira. Secūm precipit reconciliationem respectu eius quē lesimus cum dicitur. Si offers munus ⁊c. vade corpaliter si sit p̄sens. vel spūaliter si sit absens. s. motu cordis. reconciliari fratri tuo: veniam petendo ⁊ satisfaciendo ei. vel si te lesit, pter qđ eum odis. vade odium cordis signi ⁊ operis dimittēdo. ⁊ hec duo ordinant irascibilem. Tercium, pbibet voluntatez mechandi: ibi Qui viderit mulierem ⁊c. de quo. s̄. cogitatio. Quartum p̄cipit declinationem occasionis mechie. ibi. Si oculus tuus scandalizat. Ubi nō q; in oculo vel manu consideratur vicium siue actus vicios⁹. ⁊ iste est abscindendus, consideratē etiā membrū. ⁊ istud cō fit

bonum est diligendum. Idem dicendū de quocunq; ꝑtimo. Quintū ꝓhibet ꝛeparationē cōiugij: excepta causa fornicationis: ibi. Qui dimiserit vxorē. hec aūt tria ordināt ꝓcupiscibilem. Sextū cum seq̄ntibus q̄t tuor ordināt rōnalem. ⁊ est illud quo dr. Nico vobis non iurare oīno. de quo iuramentū. Septimū ꝓcipit patientiā respectu lesionis corꝓis: ibi. Si q̄s te percusserit in maxillam ⁊c. Item respectu ablationis rerū ibi. Si voluerit tunicā ⁊c. da ei ⁊c. Item respectu angarie operū ibi. Et quicunq; angariauerit te ⁊c. Hec aūt intelligunt ꝑm Aug. quo ad animi ꝓparationem vt sc̄z nolit ꝓpter talia illata pacem cordis per odium amittere. aliter ꝓsilium est. Octauū est ꝓceptū erogationis: ibi. Omni petēti te tribue. de quo Elemosyna. §. j. Nonū est ꝓceptum dilectionis inimicoꝝ. vide. s̄ Diligere. §. j. Decimū regulat intentionē cū sequentibus. ⁊ est ꝓhibitiuū obliq; intētionis: ibi. Attendite ne iusticiā ⁊c. vide Intētio. Undecimū remouet inordinatā affectionez tꝑalium: ibi. Nolite solliciti. vide. s̄. Auaricia. Duodecimū ꝓhibet temerariū iudiciū ibi. Nolite iudicare. vide iudicare. Terciūdecimum precipit ꝛebitam cautelam: ibi. Attendite a falsis ꝓphetis Quartūdecimū adducit in auxiliuz gr̄e petende. ibi. petite. vide oīo. §. x. Quintūdecimū precipit equitatē legis nature: ibi. Quecunq; vultis vt faciāt vobis ⁊c. s. necessario. aliter ꝓsilium est. Sextūdecimū tāq̄ impletiuū imponit conatum ad dei amorem cum dr. Intrate ꝑ angustā portam. s. charitatem: ꝑm glo. ibidem. vide. s̄. charitas.

18 ¶ Sunt et alia p̄cepta ab ecclesia indita generaliter oēs ligātia: que sunt. Primū de celebratione festoꝝ. Scōm de auditione misse. Terciū de ieiunio in quadragesima ⁊ alijs vigilijs. Quartum de confessione. Quintum de cōmunione. Sextū de decimis. Septimum de vitandis excōicatis. Multa sunt alia q̄ tangunt speciales ꝑsonas: de q̄bus habeē in diuersis capitulis huius summe vt facilius inueniant.

Predicare q̄s pōt: R. vt colligo ex Car. in de. dudū. de sepul. Primo papa pōt. xix. di. in memoriā. ⁊ quilibet cui ipe cōmittit. de of. del. c. fi. Cōmissarij ꝛo eius alteri subdelegare nō p̄nt. d. c. fi. ⁊ epi etiā in alienis diocesibus: nisi ꝑ bibeant ab epis diocesis. xxj. di. in nouo. ⁊ q̄libet diaconus cui ipi cōmittūt p̄nt in eoꝝ diocesi ꝑ nō extra xvj. q. vij. nullus oīno. Tercio oēs ꝓlati ecclesiastici si sunt diacones p̄nt suis subditis p̄dicare: sed nō alijs. nisi ab epo approbatis aut ꝓuilegiatis. vt de bere. ex cōmunicamus. el. j. §. sane clerici. Quarto ꝑm aliq̄s q̄libet clericus. Nō limito verū si sit diacon⁹ ⁊ nō ꝓhibitus spāliē. xix. di. ꝑm. ⁊ ibi no. glo. ⁊ Inno. ⁊ Ho. de bere. in. d. c. excōicamus. Quinto minores ⁊ p̄dicatores ab eoꝝ ꝓlatis licētiati. d. de. dudū. Uñ si p̄dicare volūt infra septa monasteriū ipoꝝ vel in locis alijs eoꝝ. lz sint longe a domibus eoꝝ dummō sint ad eoꝝ vsum⁹ p̄nt sine aliqua licētia ꝑm Lau. ⁊ Zen. in. d. de. dudū. Sīr q̄ volūt predicare in plateis cōibus: nec p̄nt ꝓhiberi in p̄fatis locis: nisi bona q̄ ꝓlati. i. habentes iurisditionē q̄si epalem. vt no. Car. ⁊ glo. in. d. de. dudū. p̄dicāt solēniter. i. publice ppło gn̄aliter. vel faciunt coꝝā se solenniter predicari.

1 ¶ Sed nūquid vicarius epi similiter hoc poterit: R. Car. ibidem q̄ sic: si ipse vult predicare vt epi vicarius. Secus si vt alius ꝓlatus. vel vellet coram se p̄dicari facere. q̄ in hoc nō repūtat ꝑsonam epi. ⁊ sic nō tenent cessare prefati fratres.

¶ Quid si talis habens quasi iurisditionem epalem 2
vellet occupare totā horā matutinalē: R. Car. vbi. s̄ q̄ non pōt. ⁊ Laud. ibidē dicit. q̄ dz partiri illa hora matutinalis maxime si dicti fratres nō habēt aliā horam cōpetentē. ar. c. mādata. de ꝑsum.

¶ Quid si volunt p̄dicare in plateis ꝓuatis aut eccle 3
sijs alioꝝ: R. Car. ibidē q̄ nō p̄nt sine licentia eoꝝm quoꝝ sunt. Sed de eoꝝ licentia p̄nt etiam hora illa qua ꝓlati prefati predicant. excipiunt solum eoꝝ loca ⁊ publice platee in q̄bus illa hora p̄dicare nō p̄nt.

¶ Utrū laici possint predicare: R. Pa. in. c. sicut in 4
vna. de here. q̄ nō. alś peccant mortaliter.

¶ Utrum tpe interdicti possit p̄dicari: R. Car. glo. ⁊ 5
Pa. in. d. de. dudum. q̄ sic. ⁊ quilibet admittit. de cō se. dist. j. eps nullum.

¶ Sed quā sciam debet habere p̄dicator: R. Alex. in 6
iij. parte summe. q̄ triplex est actus docendi. Primus simpliciter exhortādo ⁊ iste est oīm. ⁊ istis sufficit scire mādata ⁊ credēda. Secūs est p̄dicādi. ⁊ iste est eoꝝ qui habēt ex officio. ⁊ istis est necesse scire exponere credēda ⁊ mādata: ꝑm illud. j. Pet. iij. Parati omni poscēti reddere rationē. Tercius catbedrā tenēdi. et istis est necesse scire omnia que pertinent ad eoꝝ doctrinam.

¶ Quā sciam dz habere p̄dicator: R. Ale. vbi. s̄. q̄ 7
simplr existēs in pctō siue occulto siue manifesto docens ⁊ predicās si nō studeat dolere de pctō simpliciter dī ꝓtemnere. ⁊ ideo peccare. Et ego credo mortaliter si est in mortali. iuxta illud ps. Propterea deus destruet ⁊c. Facit. l. dist. quid est hoc. ⁊. c. cum exaudiero. ⁊. xxxv. dist. c. sexto die. in fi. ⁊. xl. di. multi. Tho. in iij. tenet q̄ si docet sacrā scripturā ex officio ꝓlatiōis q̄ peccat mortalr si est i mortali siue occulto siue manifesto. sed si docet sicut magister: sic si est in peccato occulto non peccat mortaliter. facit pro hoc. s̄. Correctio. j. §. iiij.

¶ Utrū teneat p̄dicator facere que p̄dicat: R. Alex. 8
vbi. s̄. q̄ sic. quicquid asserit faciendum de necessitate salutis. non autem quod predicat faciendum de ꝑfectione religionis.

¶ Quid si p̄dicet ꝓpter honorē. vide. s̄. honor. §. vij. 9

¶ Predicatores sacris lr̄is semp debent insistere: ne 10
tunc querāt discere cū ex officio alios debeāt docere xxxvj. dist. §. ecce. ꝓpterea noīe doctorum veniūt predicatores ⁊ ꝓlati. glo. in. c. vnico. de sum. trī. li. vj.

¶ Circa que docēda debēt insistere: R. q̄ circa primo 11
credenda: sicut articulos fidei. Scōo faciēda ⁊ seruanda: sicut p̄cepta. Tercio fugiēda: sicut peccata. Quarto timenda sicut mors eterna. Quinto appetenda sicut gloria. ⁊ vt p̄dicatio eoꝝ fructificet etiam prius debēt orare. vt dicit glo. Beñ. xxiij.

Preces an inducant simoniā. vide simonia v. §. iij.

Precedentia determināt seq̄ntia. xxxij q. vij. apls.

Precioſum est omne rarum. xciij. dist. legimus.

Precipitatio est vitāda. l. dist. pōderet Est aūt p̄cipitatio q̄n q̄s ptrāsitis gradibus regule diuine vel humane rōnis per impetum voluntatis vel passionis fertur in precipitium. ⁊ si hoc facit ꝓtemnēs ⁊ repudians diuina documenta erit pctm̄ mortale. Similiter quādo licet non ꝓtemnat diuina documenta. tamen est cum detrimento eoꝝm que sunt de necessitate salutis: sic etī

am erit pctm mortale vel circūstantia que reperit in oīni pcto mortali. Uñ dī. Iniqtas oia pcipitat alias erit veniale pctm. t qz luxuria maxime absorbet rationē. ideo pcipitatio ponit eius filia.

Predia vrbana vel rusticana qñ dicunt. vide Seruitus. in pn.

Predo dicit q̄drupliciter. pmo q̄ iniuste alios pdat. sicut q̄ spoliat viatores. t iste est excōicatus. xxiij. q. iij. si q̄s romipetas. cū duobus c. se. scdo dī q̄ tollit a psonis vltra stipēdia sibi taxata xxiij. q. j. militare. t tales sunt raptores. t sic pdo cōtinet sub raptore sicut spēs sub genere. xiij. q. v. non sane. in fi. t sic dz puniri pena raptoz. tercio pm Goff. t Ho. dī plat̄us q̄ vt seruitū impendat legato vel alij: plus exigit a subditis q̄ soluat. de immu. ec. qz pleriq; quarto dicit pdo pm Ho. iudex q̄ iurgiū alienum deputat pdā suā. aut officialis indebite pecuniā accipiens. l. oēs. C. ad. l. iul. repe.

1 ¶Uō precepto prohibetur preda: R. furti nomine xxxij. q. iiij. meretrices.

2 ¶Cui debet dari pda in bello acq̄sita: R. de iure pn cipi. xxiij. q. v. dicat sed tu dic latius vt. s. Bellū. i pn.

Prefatio nulla debet dici in missa nisi illa de qua in. c. meminimus. de cōse. dist. ij. t in. c. sanctorum. in fi. vij. di. vide. s. Missa §. xxx.

Prelatus large dicit ois babēs curā aiaz pm Inno. in. c. firmiter. de sum. tri. t. c. qm. vt li. nō pte. stricte vo dicunt solū habentes iurisditionē. vt pbat in. c. decernimus. de iudi. ibi cta glo. in de. dudū de sepul. vbi ponit plat⁹ t rector sepatim. do. Car. in cle. j. de elec. cū glo. ibidē. t Lau. dicit q̄ noie plati cōprehendit q̄libet administrator babēs perpetuū officiū: etiā si sit talis qui ad nutum superioris possit amoueri. alt. de sup. ne. prel. c. j. ad fi. xxj. q. j. de pñtium. Addit Pau. ibidē quocunq; noīe censeat. de v. sig. q̄uis. cle. j. de rescrip. t qđ ibi nō. et ex glo. pfata dicit Car. obtinuisse: q̄ minister t custos minoz t puincialis pdicatoz sunt plati. t q̄ pnt esse pcuratores. qz cle. j. de pcu. loquit de religioso nō plato. t q̄ etiā pnt esse delegati pape. vt. s. Delegatus

1 ¶Utrum ois plat̄us sit iudex ordinarius: R. glo. in. c. ij. de iudi. q̄ sic. .§. iij.

2 ¶Utrū negligētia plati sit pctm: R. glo. in. c. ea q̄. de off. arch. q̄ sic. t mortale qñ est in omissione necessariorū ad suū officiū. vt visitationis. correctionis t huiusmodi. t pm Ho. t Ber. in. d. c. ea q̄. tenent nō solū de dolo t lata: sed etiā de leui culpa de damno ecclesiasticarum rerum. ergo fortius animarū.

3 ¶Utrū plat̄us teneat oia agere cū cōsilio capli sui? R. Pa. in. c. nouit. de bis q̄ fi. a pla. q̄ negocia minora pōt sine cōsilio. vt no. doc. in. d. c. nouit. t Inno. in c. fi. de ma. t obe. t. l. ij. C. de iura. calū. Nam rectores ex officio iniūcto explicāt hec minora. vt in. d. l. ij. facit. c. edoceri. de rescrip. Negocia vo ardua causa rationabili existente quam bonus vir arbitrat potest sine consilio capituli. alś non.

4 ¶Utrū teneat dicere suaz culpā subdito qñ excessit in corrigēdo? R. c. qñ. lxxxvj. di. q̄ non. intellige nisi a pposito hoc faceret. vt. s. correctio. j. §. ij.

5 ¶Utrū plat̄io sit appetenda? R. q̄ nō. nec desidia fugienda. xix. q. j. nos aūt. viij. q. j. olim. t tribus. c. se. xl. di. multi. vñ appetēs eam efficit indignus. j. q. j. pncipatus. t pccat mortaliter si deliberate appetit vt p̄sit. vide. s. Ambitio. t. s. Eps. §. ij.

¶Utrū plat̄us possit fugere. vide. s. Eps. §. xxiij.

¶De q̄bus spāliter sunt interroganda plati. vide. s. interrogationes circa prelatos. 7

Prescriptio est quoddā ius ex tpe concrues aucte legum vim capiens penā negligētibus inferēs. t litibus finē imponēs. t silr diffinit vsucapio. t aliq̄n vnū cōprehēdit reliquū. sed ppie differūt. qz vsucapio est in rebus mobilibus t se mouētibus. pscriptio vo in immobilibus t iuribus incorpalibus. vt insti. de vsuca. t lō. tē. p. j. rū. Juris tū psultus ita diffinit. Usucapio est acquisitio dñij p ptinuationē possessionis tpis spacio lege diffiniti. in. l. ij. ff. de vsucap. Hoc Pa. no. in Rubrica. extra eo. ti.

¶Que requirunt in pscriptione pm ius canonicum 1 t pscīam? R. q̄ttuor. Primū bona fides. s. q̄ is qui possidet rē quā possidet credat eē suā. vel credat tradentē esse dñm vel habere ius distrahendi. lz in facto erret. ff. de v. si. l. bone fidei. Hoc limito verū in pscriptione vbi requirit aliq̄s actus positiuus. secus vbi nullum factū requirit: vt in pscriptione libertatis cōtra seruitutē rusticā. qz licet sciā me tibi debere seruitutē eundi. tū ego possum pscribere libertatē exq̄ ego nihil facio qđ sit pctm. hoc tenet Bar. in. l. sequit. §. si viā. ff. de vsucap. t Pa. in. c. fi. de prescri. Idē dic de prescriptione actionis personalis mere penalis vt in rapina respectu quadrupli q̄ est vsq; ad annum post annum simpli. insti. de vi bo. ra. in pnci. vt. j. §. xlij. t idem dic de similibus.

¶Sed quid si erret in iure? R. q̄ non pscribet. l. ij. §. 2 si a pupillo. ff. p empto. t. l. nunq̄. la. ij. ff. de vsuca. secus si errabat in facto. ar. l. qđ vulgo. ff. p empto. Et pterea dicit Inno. in. c. si diligēti. eo. q̄ possidēs contrarius nō psumitur bone fidei nisi sit possessio longi tpis vel pbabilibus rōnibus fuerit acq̄sita. facit. c. cū ecclesia suterina. de cā pos. t ppri. Ex q̄ ptz q̄ si ius in quo errauit erat dubiū q̄ error excusaret in pscribendo t facit tex. in. c. cum dilectus. t ibi Pa. de psue. qđ no. Idē tenet Host. in. c. cura. de iurepat. q̄ error in ptus. s. iuris t facti nō tollit bonā fidē. dat exemplum in donatione facta vxori qua vir nō est effectus pauperior quā mulier credit valere: qz vsucapiet. l. si vir vxori. ff. de donat. Bar. tñ in. l. si fur. ff. de vsuc. t in. l. sed t si. §. scire. ff. de peti. bere. t refert Pa. in. c. q̄uis. de resti. spo. distinguit t bñ. q̄ quedā sunt iura q̄ pbēt aliq̄s actus. t faciēs ꝫ etiam ex errore nō psumit in bona fide. t sic intellige gl. in. d. l. si fur. que dicit q̄ error iuris impedit vsucapionē. quod etiā limito nisi esset tale ius obscurū t dubiū. Quedā sunt iura non pbentia: sed actui nō assistētia. vt puta testiū nō solenne nō approbatur a iure vt valeat. t circa talia errans nō psumit in mala fide. d. §. scire.

¶Quid de illo q̄ tpe pscriptionis babuit conscīaz le- 3 sam: postea incipit habere non lesam? R. Pa. in. c. fi. eo. cū. d. An. q̄ si ex legitima cā habuit lesam: interrupta est prescriptio. t sic incipiet pscriptio post q̄ pscientiā lesam reformauit p legittima iudicia. ar. eorū q̄ nō. in. c. de quarta. e. t in. d. c. cura. Si vo fuit lesa ex leui iudicio quā tū reformauit ex alijs legitimis iudicijs: sic nō fuit interrupta. Pa. tñ inclinat q̄ oino interrumpat t incipiat pscriptio de nouo tpe reformationis. sed verior est pma opi. nisi pscīa se firmasset. q̄uis ex leui iudicio q̄ res erat aliena.

¶Utrū dubitās an res sit sua vel ne t habēs iustam 4 causam dubitandi prescribat? R. pm. d. An. in. d. c. fi.

q̄ nō. quia iura requirūt nedū q̄ non sit in mala fide sed q̄ ut in bona fide. ⁊ iō lz nō sit in mala fide nō est tn in bona. qđ tñ limita nisi dubitatio esset mom̄tanea et vacillas. sicut nō est hereticꝰ q̄ dubitat: sed nō fixe ⁊ deliberate. c. j. de hereq. sic nō impediret. Et h̄ opi. in foro aie est verior quo ad vsucapionez rei: sed respectu fructuū lucrādoꝝ sufficit malam fidē abesse ⁊ q̄uis Pa. ⁊ cōis opi. ⁊ glo. in. d. c. fi. teneāt q̄ dubitatio etiā prima nō impedit p̄scriptionē etiā q̄ ad rem facit. p ipsis. l. q̄ scit. §. bone fidei. ff. de vsufru. sed boc verū quo ad forum contētiosum tene non quo ad cō scientiam.

5 ¶ Sēdm qđ requirit in p̄scriptione est iustus titul⁹ c. si diligēti. extra eo. ⁊ dī hic titulus causa possidēdi. vt donatio. vendicio ⁊ hmōi. Exigit ergo causa vera nō legitima ꝑm Goff. Ūñ titulus erroneus p̄stat cāz p̄scribendi. ff. p socio. l. fi. Et ꝓterea dicit glo. in. d. c. si diligēti. q̄ ꝑ tanto dī titulus iustus. q̄ dat cām p̄scribēdi. lz in veritate nō sit iustus. q̄ tūc nō esset p̄scriptio necessaria. Et ideo minus iustus titulus dat cām p̄scribēdi: si mō adsit bona fides vt credat titulū sufficere ⁊ esse iustū ⁊ boc verū q̄ requirit titulus q̄ñ aliquis iure cōi possidere nō p̄t: vt laicus decimas. Ideo requirit titulus alꝫ est semp in mala fide. Sed vbi res p̄nt de iure cōi possideri sic non requirit titulus. Et q̄ nō requirat titulus tenēt cōit voc. Sz Pa. in. d. c. de quarta. eo. limitat verum. Primo q̄ñ p̄scriptio non est ꝓtra ius cōe. p. c. j. e. ti. li. vj. facit. l. quēad modū. C. de agri. cē. ⁊ co. Sēdo q̄ñ nō est in vsufructu p̄scribendo. q̄ lz sit ius incorpale. l. j. in fi. ff. ad. l. fal. ⁊ quedā seruitus in rebus alienis. l. j. ff. de vsufru. tñ requirit titulus in eo p̄scribēdo. alꝫ nō p̄scriberet spacio. x. vel. xij. annoꝝ. vt ꝓbat in. l. si. C. de p̄scri. lō. tē. vñ dicit glo. in. l. corruptionē. C. de vsufruc. q̄ si etiaz vsusfructus cōsistit in re mobili tñ actio p̄sonalis ad ip̄m nō tollit triēnio. ⁊ idē videt dicendū in acq̄sitione. Dico tñ q̄ fructus q̄ capiunt ex agro alieno bona fide. vsucapiunt triēnio. text. est nō. in. l. sequit. §. fructus. ff. de vsuca. ⁊ ibi p Bart. q̄ ibi nō agit de p̄scribēdo iure. Et ideo cū dī q̄ teneāt restituere fructꝰ extātes. in. c. grauis. de resti. spo. Intellige nisi possessor p triennīū ⁊ bona fide possideret. Tercio limitat q̄ñ nō agit de seruitute p quā p̄sona obligat vel astrigit ad aliqđ seruitiū. q̄ cum sit q̄d graue. necessario requirit in tali iure p̄scribēdo titulus. ⁊ sic p̄t intelligi. l. cuz de in rē vso. ff. de vsu. ⁊ no. Dy. in regula possessor. de reg. iu. li. vj.

6 ¶ Tercium qđ requirit est ꝓtinuatio possessionis: q̄ res sit possessa ꝓtinue vsq; in finē p̄scriptionis sine interruptione. c. illud. eē. eo. de re. iu. in regula sine possessione. li. vj. Et q̄ possideat vt ꝓpriū. q̄ q̄ alieno nomine possidet vt coloni. ⁊ qui p̄cario: ⁊ hmōi. nō ꝓprie possident sed bi quoꝝ noie possidēt. c. cum venissent. de resti. spo. ⁊ in gl. c. clerici. xvj. q. iij. Si tñ interrupta possessione q̄ñ possessor recupat est bone fidei sic p̄scriberet ea interruptione non obstante. l. fi. C. de p̄scri. xxx. an.

7 ¶ Utrū possessio ciuilis. i. q̄ sit talis p̄sona q̄ possit legitime de iure cōi possidere: necessario requirat ad p̄scriptionē. Rē. q̄ ad vsumfructū p̄scribendū nō: ꝫ sufficit naturalis seu corpalis possessio. l. fi. ff. de acq̄. pos. no. Pa. in. c. ad audientiā. e. ti. In alijs aūt vbi p̄scriptio inducit ad acq̄sitionē rei vel iuris: tūc req̄rit ciuilis possessio. ⁊ sic intellige tex. ⁊ glo. in. c. cām. eo. ti. ⁊ iō nālis nō sufficit. de q̄ plene p Dy. ī regl̄a sine possessiōe. li. vj. Ubi vō p̄scriptio inducit ad extinguēdum solūmō ius alteri⁹. ⁊ ad defensione ꝓtra ius alteri cōgruēs: tūc tali defendēti nō est necessaria vera possessio vel quasi. alꝫ seq̄ret q̄ nō p̄scriberent actiones p̄sonales p̄ id qđ habet in. l. ij. C. de ꝓsti. pecu. ⁊ in. l. sicut. C. de p̄scrip. xxx. an. q̄ nemo vere eā possidet nisi is cui vere competit vt no. Inno. in. c. in lris. de resti. spo. hec ē notabilis distinctio Cal. in. c. cū nō liceat. e. Aduerte hic q̄ possidēs bona fide ⁊ vendēs sub condicione: nō interrūpit possessionē. Ūñ si deficiēte p̄dicione vēditio resoluat ꝓza tpa cū posterioribus ꝓtinuare poterit: ꝑm Pa. in. c. illud aūt. eo. ti.

¶ Utrū possessio ꝭgressiui tp̄is de cui⁹ initio non est memoria habeat vim tituli: Rē. ꝑm Jo. an. in. c. ij. de p̄bē. li. vj. q̄ sic q̄ñ capacitas dat in exercēte. alꝫ non. Ūñ laicus q̄tūcunq; exercuerit actū spūalem vel alicuius ordinis nunq̄ tñ p̄t illū p̄scribere. Et no. q̄ fama p̄bet iustaz cām credēdi. vt nō. in. c. inq̄sitioni. de sen. ex. ⁊. c. cū ꝓtingat. de rescrip. ⁊ p Bar. in. l. ij. C. si ser. vel liber. ⁊ in. l. celsus. ff. de vsuca. Et si fama erat q̄ res fuit legata. vel q̄ tale fiebat p priuilegiuz pape qđ finit p̄dictū tp̄e guerre ⁊ hmōi. sic curret p̄scriptio. vt nō. in. l. q̄ vulgo. ff. p empto. q̄ sic facit titulū sicut in illo cui⁹ ꝓcurator dixerat se emisse. ⁊ sic credebat. 8

¶ Quartū qđ requirit est q̄ res nō sit vicioſa vt possit p̄scribi. Et dī vicioſa si sit furtiua aut vi possessa. vt insti. de vsuca. §. q̄ aūt. Et subdit tex. q̄ nec vllus alius q̄uis ab eis bona fide emerit. vl' ex alia cā accepit vsucapiendi ius bz. Et aduerte q̄ i re mobili oportet iustus titulus interueniat a p̄ncipio: aliter nūq̄ p̄scribit. q̄ sine titulo p̄ voluntatē dñi ꝓtractās furtū cōmittit. ⁊ sic furtiua est. Secus est i re mobili. q̄ q̄uis mala fides fuerit in p̄mo: p̄t tñ per alios p̄scribi ex eoꝝ bona fide. Et iō nūq̄ res mobilis in ꝓcia p̄t teneri q̄tūcunq; ꝑ longū tp̄s sit possessa ⁊ bona fide: nisi q̄ habuit eā a p̄ncipio habuerit cum titulo. ꝓterea dicit tex. in. d. §. q̄ aūt. Ūñ in rebus mobilibus nō facile ꝓcedit vt bone fidei possessori vsucapio cōpetat. Qđ no. q̄ sepe venit in practica. Limita tamē ꝑm q̄ j. dico. §. xliij. 9

¶ Quero vtrū oēs alie res q̄ non sunt vicioſe possint p̄scribi: Rē. q̄ regulariter ois res. oſne ius. ois actio p̄scribi p̄t. c. ad aures. e. ti. Sz bz multas exceptiones quia sunt multa que p̄scribi non possunt. vt. j. §. xij cum sequentibus. 10

¶ Sed q̄ requirunt ad p̄scribendū iura seu seruitutes q̄ habent cām ꝓtinuā vel q̄si: Rē. q̄ requirunt. v. Primū bona fides. s. q̄ vsus fuerit eo aio q̄ vsus fuerit iure suo. ⁊ q̄ potuerit etiā aduersario p̄dicēte. secꝰ si cā amicicie. q̄ nunq̄ p̄scribet. l. fi. ⁊ ibi nō. ff. quēad. ser. amit. ⁊. l. q̄ iure familiaritatē. ff. de acq̄. pos. Sēdm tp̄s debitū: vt. j. patebit. Terciū q̄ vsus fuerit sciente aduersario. l. ij. C. de serui. ⁊ ibi glo. ⁊ doc. ⁊ etiā patiēte. l. quotiens. la. ij. ff. de serui. q̄ scientia ⁊ patiētia in iuribus incorpalibus aduersarij cōstituit q̄si possessionē. Et ideo sine ipsa nō posset p̄scribi nisi sit tp̄s longissimū. scz. xxx. annoꝝ. vel. xl. annoꝝ: ꝑm Pau. de castro in. l. ij. C. de serui. Itē nisi habuisset p̄scribens titulū ab aliquo tercio qui eam vt dñs illius fundi cōcessit. quia sic ignorante dño p̄t p̄scribi. vt no. Cy. Petrū tenere in. l. ij. predicta. Quod no. ꝓ limitatione illius: q̄ in corpalibus non est dare q̄si possessionē sine scientia ⁊ patiētia aduersarij. q̄ p̄ueci aduertūt. vt in pascuis. aq̄ductus. iurisditionibus piscādi. Et no. ꝑm Inno. q̄ istud tp̄us incipit currere ex q̄ q̄s ce-

pit illo vti. nō vi nec clā nec p̄cario: sciente illo cui fit preiudiciū ⁊ nō ꝺicēte. Quartū in negatiuis. puta altius nō tollēdi requirit ꝓhibitio. no. glo. in. l. q̄ luminibus. ff. de serui. vrba. p̄di. ⁊ ꝓhibitio ꝺz esse ex parte p̄rētis seruitutē. Quintū q̄ sit dñs fundi cuius seruitus est acquirenda. quod no.

12 ¶Que sunt q̄ p̄scribi non p̄nt: R. xvj. Primo cōtra pcta de iure canonico ⁊ in foro anie. immo diuturnitas auget. c. cū bīet. de eo q̄ ꝺu. quam pol. p adul. ⁊. c. non satis. ⁊. c. cū in ecclesie. de simonia. De iure ciuili ꝺo si pctū est mom̄taneum tūc lapsus tp̄is alleuiat penā. in. l. si diuturno tpe. ff. de pe. ⁊ q̄q; ex toto tollit. Ita cōiter doc. ⁊ sequit Pa. in. c. cū bīet. dicunt q̄ aduersus q̄libet crimē regulariter ꝓcedit p̄scriptio x. annoꝝ: vt post lapsum ds neq̄at accusari. ⁊ in. l. adulter. ff. de adul. ꝺz. q̄ post q̄nquenniū nō p̄ōt quis accusare adulterium nisi in ꝺuobus casibus. vide glo. in. ꝺ. l. adulter.

13 ¶Sexto ꝓ obedientiā. visitationē ⁊ ꝑcurationē q̄ ꝺebēt rōne visitationis. c. cū nō liceat. eo. cū similibus.

14 ¶Tercio ecclesie. loca religiosa necnō ius. decime. p̄mitie vel oblationis: ⁊ oīa alia iura spūalia nō p̄nt p̄scribi a laicis. q̄ illa possidere nō p̄nt. vt in. c. cūm. c. etiā si mille anni trālierūt vt. ff. de vsuris. Ꝺm Jo. an. in. c. ij de p̄ben. lib. vj. Ab eis autem a quibus possideri p̄nt bñ p̄scribunt. vt in. c. ad aures. eo.

15 ¶Quarto annexa spūalibus. vt iuspatronatus: similiter p̄scribi nō p̄nt a laicis. Dicit tñ Pa. in. ꝺ. c. ad aures. q̄ papa posset ꝓcedere p̄uilegiū laicis vt possiderēt spūalia aliqua. q̄ p̄ōt dare potestatē eis excōicādi ⁊ sic tūc p̄scribere possent que possidere p̄nt. Limita istud ad laicos seculares. q̄ laici cōuersi licet non ꝺebeant. tñ nō p̄nt tractare spūalia cum clericis ⁊ p̄scribere. vide tex. iūcta glo. in. c. ex eo. de elec. lib. vj.

16 ¶Quinto nō p̄ōt p̄scribi limes vel qꝺ adheret limitibus epatuū. puinciarū vel parochiarū. xvj. q. iij. licet inter. de paro. sup eo. Rōne termini confundant puinciarum vel parochiarum.

17 ¶Sexto liber bō pro seruo possessus non p̄ōt p̄scribi. xvj. q. iij. §. potest.

18 ¶Septimo publice functiones agroꝝ. i. pensiones non p̄nt a colono p̄scribi: nec fundus quez colit. ꝺ. §. p̄ōt. C. de p̄scri. xxx. vel. xl. an. l. male agit.

19 ¶Octauo via publica nō p̄ōt p̄scribi ex nō vsu ppli l. viam. ff. de via publica.

20 ¶Nono aqueductus ad publicū vsum ciuitatis et alia iura ciuitatis ad publicū vsum destinata p̄scribi nō p̄nt. C. de aq̄duc. l. diligenter.

21 ¶Decimo reseruata p̄incipi in signū subiectionis: vt tributū ⁊ similia. p̄scribi nō p̄nt. vt. l. cōperit serenitas nostra. C. de p̄script. xxx. an. facit qꝺ nō. in. c. cum non liceat. eo.

